


R. 102.





Chronicon  
LAVTERBERGENSE

Ab An 1124 usq; ad Annus 1225


APPENDIX de Marchionib;

Mysini

Ab ~~1124~~ temporibus Ottomii I Imp.


usq; ad Ann. 1220

Pet. Albicus  
manu sua  
scripsit



No. 16.

30624. 208.



1.

CHRONICA CONRADI  
PRESBYTERI, CANONICI  
MONTIS SERENI.

Consideranti mihi, rerum præteritarum noticiam utilitati legentium  
crebro proficere: nata est uoluntas, cum adiutorio Iesu Christi domi  
ni, hoc opus assumere, ut annos à fundatione ecclesie nostrae, et  
nomina prælatorum, et successiones, et tempora, et gesta ipsorum  
colligerem, et narrationem de ijs, ut possem competentius ordinarem.  
Seniores autem, qui, quod de ijs uerum erat, scire poterant, et  
quorum dictis præauiditas fidem faciebat: principio huius  
narrationis auctores habui. nonnulla etiam talium ex privilegijs  
fundatoris, et aliquorum principum, et ex breuarijs, quos in  
ueteribus libris sparsim inueni, coactata, non sine studio  
congregaui. Verum quia per pauca hoc uel illo modo de ijs  
inuestigare potui, meumq; erat propositum, ut annorum nullus  
narratione uacuis remaneret, hoc autem ex paucitate gestorum,  
quæ inuestigare non poterat: non inutile credidi,  
quia propria deerant, aliena <sup>mirari</sup> ~~narrare~~, et ad eum quem  
prædixi defectum supplendum, aliorum gesta et casus extrin  
secos, hoc est ad propositum non pertinentes, dignos tamen  
memoria, nostris interessere, quod etiam usque ad deo  
secutus sum, ut pene ubique aliena proprijs, pro sola  
tanta delectatione legentium, permiscerem. Nemo  
autem pro eo, quod scriptorem fortassis esse contemnit,  
si quid utilitatis ex hoc opere consequi ualuerit, contemne  
tum pariter arbitretur, quia hertico in se contento utilitas  
cophyni <sup>mibi</sup> ~~nec~~ derogat, nec aqua contemnitur quam usibus  
hominum plumbi fistula subministrat.

Anno itaque ab incarnatione Domini M.C.XXIII.

1124.

Indictione secunda, præsentente summo pontifice Calisto

Henrici V. II. pontificatus eius anno VI. imperante Henrico huius  
Imp. nominis V. imperij eius anno XIII. anno ab ordinatione

Alberti Arch. Alberti primi Magdeburgensis archiepiscopi CCVI. sub  
Rochro XII. Magdeburgense archiepiscopo, pontificatus eius  
Halla. anno V. anno a fundatione Hallensis ecclesie IX. Dedo

Dedo.

Mansus Sin Hoff.

comes filius Thimonis comitis et Ida, ecclesiam beati Petri, in  
 Dedo religio-  
 ris causa pro-  
 gnatibus.  
 Sereno monte inchoavit deputatis in usum Deo ibi seruentium  
 ex proprietate sua redditibus, Herminolfo tunc Gerbestadensi  
 preposito, loci ipsius procuracionem commisit, quiq; administratio-  
 ne prioris relictā, Sereni montis primus est prepositus consti-  
 tutus. Verum quoniam comes idem, locum resurrectionis Chri-  
 sti uisitandi uotum habebat, recepta de episcoporum consilio  
 uxore sua Bereta, quam repudiauerat, quae erat filia Vulperti  
 marchionis de Groitz, proficiscens, fratremq; suum Conradum  
 comitem, totius proprietatis suae, nec minus boni incepti hanc  
 dem ordinans, promotionem eius ipsi fideliter iniunxit, expleto  
 uoto cum rediret, moriens partem ligni Domini, ecclesiae iam  
 dictae transmisit, nimirum, ut credo, intelligens, antiquum  
 hostem, quem iam ab illo loco, per institutionem diuini serui-  
 tij perturbauerat, per presentiam ligni salutaris, in quo  
 semel triumphatus est, efficacius debellari. Est autem crux  
 permotica, argento inclusa, quae ibidem usque hodie conser-  
 uatur.

Thimo Co  
 Ida.

Herminoldy  
 Gerbestad.

Serenus mon

Bereta.

Wulperti

de Groitz

Conradus Com

M.C.XXIII.

Calistus pontifex. II. obiit, cui successit Honorius II, qui  
 et Lambertus Hostiensis episcopus.

Calistus p. p.  
 Honorij.

Eclipsis ☉. Eclipsis solis facta est III. Idus Augusti, hora diei VI.  
 Fredericus comes de Arenisberg obiit.  
 Ruzolfus Marchio obiit.

Fred. de Arenis-  
 berg p.

Rud. Marc. p.

M.C.XXV.

Conradus comes de Vukin, fraternae deuotionis fidelis ha-  
 res capellam Lubechuna, ad quam pertinent XXVI. mansi.  
 et capellam Orpocot, ad quam pertinent quatuor mansi, praeter  
 haec etiam de praedio suo CXX. mansos ecclesiae beati Petri in  
 Sereno monte contulit, promotionis eius euidenter curam se gerere  
 demonstrans. unde etiam non immerito fundatoris nomen heredita-

Con. Com. de  
 Vukin.

Lubechun.

Orpocot.

Thimo  
 Dedo. Conradus.



Conradus  
Lucardus  
Albricus Su.

uit. Vxor quoque illius Lucardis nomine, quae fuit filia  
Alberti cuiusdam nobilissimi de Suevia, non minori erga locum  
ipsum solitudine uigilabat, non solum mariti deuotionem,  
suis exhortationibus ad meliora semper incitando; uerum etiam  
praedia de suis pecunijs empta ipsi ecclesiae conferendo, ex  
quibus sunt, quae adhuc eadem possidet ecclesia. In uilla  
Hilkenroep XVIII. mansi. Salzemunde XII. mansi.  
Vdene VI. mansi. Buzetal V. mansi. Peltze II. Quaedam  
uero per Concambium aliorum bonorum, post mortem ipsius  
alienata sunt.

Hilkenroep  
Salzemund.  
Vdene.  
Buzetal.  
Peltze.

Heinricus imperator V. obiit <sup>XI.</sup> Cal. Ian. Huius duces contra  
Saxones in loco qui Vuelpsholt dicitur pugnantes, uicti  
sunt anno MC. XV. ubi maxima strages hominum  
facta est. Ludericus Genēbarci comitis filius,  
dux Saxonum Mogontiae in regem eligitur.

Henr. Imp. a Saxo-  
nibus superatus.

Lotharius Imp.

Welfsholtz

Genēbarci

Rocherus

Gumbertus

Rocherus XII. Magdeburgensis archiepiscopus obiit, XIII.  
Cal. Ian. sedit annis VI.

Gumbertus Havelbergius episcopus obiit.

M.CXXXVI.

Conradus C.  
Henricus M.

Disensio inter Conradum comitem de Vurtin et Henricum  
cum Misnensem marchionem cognatum ipsius, qui etiam  
de Heburch dicebatur, praeter alias praecipue, tum pro  
huiusmodi causa <sup>ex</sup>orta est. Accedit ut quidam occasione  
narrandi aliquid coram Conrado comite, Henrici Mar-  
chionis mentionem faciens, eum cognatum ipsius appellaret.  
Comes uero cum contemptu respondit, eum qui filius  
esset eorum, cognatum suum non esse. Huius autem ser-  
monis occasio talis fuit. Henricus Marchio de Heburch  
senior, pater huius, uxorem praegnantem ferre moriens  
reliquisse, quod cum illa in sepultura ipsius, utero

Disensio inter  
cognatos.

Marchio Misnen-  
sis Cognatus  
appellatus.

tamenti demonstrato parentibus indicasset, quia Conradus comes, Marchionis mortui hæres futurus erat, si filium non reliquisset: quidam ministerialium eius, huiusmodi rumorem divulgauerunt, quod ipsa pluma cæco, uenter alligato, prægnantem se esse hoc artificio mentiretur. Cum illa cognita die quodam uniuersis mariti sui ministerialibus conuocatis, in medio ipsorum in loco eminenti assans, deuoluto ex humeris et usque ad nates pallio, nudam se ostendit, dicens, ut ipsi an uere esset prægnata iudicarent. Postquam uero enixa est, rursus illi talem sparserunt rumorem, quod feminam peperisset, eamque pro filio cuiusdam pauperulae, quæ maritum habebat cœcum, et eadem hora pepererat, commutasset. Hac ratione comes eum cœci filium appellauit. Quisdam ministerialium Conradi comitis Helldolfus nomine, auus Simeonis et Genehardi de Rurebece in quodam colloquio, quod inter præfatum comitem, et Henricum Marchionem de Heburch, in ipso castro agebatur, in ecclesia beati Petri altare complexus quasi ad probandum, quod Henricus Marchio pro foemina commutatus fuisset, ita se obligauit, ut si idem, filius esset Henrici Marchionis, ipse sui corporis perderet sanitatem. Quo rumore comperto, Marchio admodum motus, ut suam iniuriam uindicaret, omnibus suis fidelibus supplicauit, quorum duo eundem Helldolfum diu insidijs appetentes, tantem opportune in itinere reperiuntur, quos ille sibi instantes uidens, quamuis suspectos haberet, tamen equo cui sedebat confisus, nec dum agnitis eis, fugere deuitabat. Sed cum iam prope esset, recedere uolens, equumque calcareibus ugens, mouere non potuit, sicque illis reuerentibus captus, et oculis, naso, labijs, lingua, auribus mutilatus, propriae maledictionis effectu, uisus est probasse, quod Henricus Marchio non fuisset pro foemina commutatus. Quod uerbum, quia

Librum præ-  
mutatio.

Substantia in  
posse contra  
famam Mar-  
chionis.

Helldolfus.

Qualia.

Kirchberg: multis sibi vicissim referentibus, ad marchionis noticiam pervenisset, cum et prius amici non fuissent, indignatione gravi permotus, bellum comiti intulit, eumq; captum et in castro Kirchberch custodiae traditum, lecto ferreo et multis malis usque ad mortem suam oppressum detinuit. *Conradus Wpianensis captus fuit.*

Arnoldus <sup>episcopus</sup> ~~episcopus~~ occisus. Ludovicus rex cum exercitu Boemiam ingressus, repentina invasione hostium plurimis suorum perditis, nec paucioribus hostium occisis, cum paucis evasit, ubi Arnoldus Merseburgensis episcopus occisus est. In hoc casu episcopus Hildenesheimensis <sup>L.</sup> milites, quos in expeditione duxerat dicitur perdidisse. Hoc accidit XII. Cal. Martij. *Lotharicus Imp. Boemis bellum facit.*

Rochero archiepiscopo successit Norbertus

M.C.XXVII.

Henricus Marchio obiit, cuius mortem in castro Kirchberch nunciata, cum eam ex luctu familiae Conradus comes intellexisset, persuasis custodibus suis dimissus est ad Ludovicum regem profectus, interuentu Rychica reginae cuius erat cognatus, Marchiam Misnensem obtinuit, praeterea totius proprietatis Henrici Marchionis haeres effectus est. *Conradus Wpianensis i Vinculis manet.*

Herminoldus. Eo tempore Herminoldo praeposito Romam ad Honorium papam ducto, ecclesiam serenit montis in ius et proprietatem Romanae ecclesiae sub annua pensione unius aurei, vel <sup>denis</sup> ~~feracioris~~ argenti recipi, et in ea ordinem canonicorum regularium institui postulavit. Cuius petitioni papa annuens privilegium de ijs per praefatum praepositum ipsi transmisit. *Conradus Suerus Henricus M.*

Caroldus. Karoldus comes Flandria in ecclesia a suis seruentibus occisus est.

Mansfeldus. Memfridus Sclavus de Brandenburg occisus est.

Wilhelmus. Wilhelmus comes Pictavorum obiit.

in q modo do: hic in sum de Diploma Conradi ad Papam

Banry Imp. fil. Henricus dux Bavavorum Gertrudem, filiam Ludewi Hrzg D.  
am dante regis duxit uxorem.

Sing Tyranni  
dem occupat. Eodem anno Conradus frater Frederici ducis Suenorum Conrado  
machinantibus quibusdam principibus, regium nomen  
tyrannice sibi imposuit, propterea quod a tribus archi-  
episcopis, Moguntino, Saltzburgensi et Magdeburgensi, et  
eorum suffraganeis excommunicatus, et ab omni ecclesia  
anathematisatus est.

## M.C.XXVIII.

Herminoldus prepositus privilegium exceptionis ab Honorio  
papa ecclesie serenit montis missum attulit XI. Cal. Junij.

Conradus Imp. Conradus tyrannus et Fredericus frater eius ab Honorio  
papa in die pasche excommunicati sunt.

Otto Haluerstadensis episcopus Romae ab Honorio papa  
deponitur. otto.

Eckenbertus Coborensis abbas obiit. febr.

Herminoldus primus serenit montis prepositus obiit II. Idus  
Decemb. Sedit annis tribus et amplius, quod determinatum  
non est a senioribus. Post hunc electus est Ludewicus a frater-  
bus illius temporis, contra placitum quidem Conradi Marchi-  
onis, quoniam prepositus idem, familia Marchionis Alberti  
de Brandeburg consanguinitate iungebatur. Iamq. grauis  
discordia inter prescriptos principes inflammata erat, et  
suspectus uidebatur prepositus, ne forte Marchioni Conrado  
uel suis in aliquo fieret onerosus, preposituram tamen obti-  
nuit. Hic maioris ecclesie fundamenta iecit, eamq. par-  
tem monasterij quae est a turri usque ad arcem creuit  
constenxit. Ante hoc autem fratres illius temporis celebra-  
tionem diuinorum apud capellam ueterem frequentabant,  
habentes habitacula uerbis suis necessaria, at occidentalem  
partem eiusdem capellae. De hac siquidem capella, nullus

Discordia Mar-  
chionis & Bran-  
deburgensis.

febr.

Herminoldus

7  
seniorum nostri temporis, quorum plerosque amplius quam septuagenarios uidi, ab aliquo suorum priorum aequae senectutis compertum habuit, quis eius aedificator uel dedicator fuerit. licet hoc, ut asserunt non sine sollicitudine à pluribus sit inuestigatum, festiuitas tamen dedicationis eius ex antiqua consuetudine iii. Cal. Augusti celebris habetur. Est autem haec ecclesia sicut et maior, principis apostolorum nomine et opere insignis, quod anno iam dicto festiuitatis tempore, fidelium illuc concurrentium testatur frequentia, qui uarijs deprehensi incommodis seu periculis, ubi se cum oblationibus ad limina apostoli in hoc loco deuenerunt, ab omni contrarij casus malicia, meritis ipsius, sub celebritate liberari, et uoce et uotorum persolutionibus protestantur. Omnia autem eius beneficia, quibus pro memoria sui nominis, quae est in hoc loco, fideliter se inuocantibus digna fore succurrere, scripto comprehendere non minus inutile, quam impossibile, credo, quippe cum in numerositate sui et discohærentia locorum in quibus exhibentur, noticiam effugiant, et fastidiosis lectoribus incredulitatis uel detractionis peccatum ualeant procurare, pauca tamen ueraciter comperta ad incitantiam deuotionem eorum, qui fideliter legent, licet per anticipationem, hic inserere non omitdam.

Aedificium capellæ crebris scissuris ruinam minari uidebatur, placuitq; preposito Ekkeharde, ut à domo externè secus nouo muro fulciretur, internèsecus uerò ruina patentes, per ducto calis tegmine celaretur. Perfecto opere superueniente cuiusdam sabbati uespera, structuris illis in quibus cementarij ad leuigandum sanctuarium constiterant, super altare et circumquaque remanentibus, Parrochiano cuius nomen erat Ebbeko necessitas obuenerat, ut sequenti die dominica populo in maiori ecclesia, missarum solennia celebraret, hoc itaque preordinato, cum circa horam crepusculi, accenso nocturnali lumine, ostio clauso didicisset, regressus

nocte media ad matutinas dicendas omnem illam structuram,  
ab altari remotam, et extra sanctuarium in uno loco com-  
positam, celebrationi diuinorum locum reperit præbuisse.  
Miratus admodum, cæcum quendam Reinherum nomine,  
qui in uestibulo ecclesie dormire erat solitus, requisivit,  
utrum strepitum aliquem in eadem capella noctis tempore  
sensisset, illo cum iuratione negante, se uel modicum motum  
sensisse, diuinum illud opus fuisse fideliter creditum est.

Conrado de Cize tunc parrochiano teste didici, rusticum  
quendam christianum, nomine de inuentione pecunie suffossa  
apud nobilem quendam Fredericum de Crozuc diffamatum Frederic de  
Crozuc.  
et ab eodem captum, et cum alio quodam competitum et in  
carcerem positum, cum nomen apostoli sæpius inuocaret,  
uidisse nocte quadam senem uenerandi uultus et habitus  
astantem sibiq; dicentem, Sequere me, cui cum se non solu  
uinculorum, sed etiam conuicti sui, quominus illum sequi  
posset impedimento, detineri querebatur; ille ut excitato  
socio atque ad egrediendum admonito se sequeretur; itera  
to præcipiens prærensq; per angustum atitum sequentes  
eduxit, cumq; iam mentione relicta, extra uillæ ambi-  
tum constituti, nexu compedis repente se carere mira-  
rentur, ille ductor ei cui apparuerat, ut se beati Petri  
patrocenio liberatos intelligerent, insinuans, idq; in ecclesia  
nominis eius, qua in uicino esset monte eos insinuare  
præcipiens, disparuit. Hæc ita gesta eodem christiano  
referente prædictus parrochianus se cognouisse fatebatur.  
Ego ipsum compedem in ecclesia suspensam uidi.

Alium æque rusticum, opilionem officio, dominus suus  
qui rebus eius inhiabat captum, custodia tradidit, ut si quid  
haberet, pecunie tormentis extorqueret. Illo se habere  
negante, dorso eius et natibus nudatis, lardum, ceberis ba-  
stulis insertis, usq; accensis, defluentem instillari præcepit

Terentius miser aditu supplicij cum nomen beati Petri, et corde et ore crebro auxilium eius petente, repetere, seq<sup>3</sup> ipsum cum oblationibus suis, annis singulis ad præfatam memoriam fideliter uouisset, coepit igneas stillas laud<sup>3</sup>, ac si aqua tepida, sine sensu doloris cuiuslibet sustinere. Mirantibus qui aderant, dominumq<sup>3</sup> eius, ne amplius eum, qui sic aperte diuinitus esset adiutus, uexare præsumeret, admonentibus, cum quidem nec motu corporis, nec iactatione uocis signum aliquod doloris ostenderet, dimissus est. Idem autem pro persolutione uotorum suorum adueniens, hæc ita gesta præfato parrochiano, liberatori suo gratas referens, enarrauit.

Mulier quædam paupercula uestem filij sui paruuli cum gratiarum actione ad præfatam memoriam afferens præfato parrochiano retulit, quod cum idem puer ageritutine uexatus ita contraxeret, ut utrum uiueret an mortuus esset omnino dubium remansisset, repente postquam uotum offerendi annuas beato Petro, pro ipso oblationes plena fide obtulit, eum uitæ uiderit restitutum.

Memini me audisse unum de fratribus nostris, qui eo tempore adiutor erat parrochiani referentem, quendam eum nauiculam argenteam ad altare obtulisset, dixisse, se post illius muneris uotum, à maximo tempestatis periculo liberatum.

Alius quidam, qui se leprosum fuisse, et meritis beati Petri in hoc loco mundatum fuisse assererat, nolam cuius signo huiusmodi homines eleemosinam solent petere, quam ipse uidi, ad altare obtulit, et cum fidei protestatione beneficij et gratiarum actione discessit. Hoc tempore. Tude uici parrochiani, factum ipso referente cognoui. Hæc occasione ueteris capella dicta sufficiant.

M. D. XXIX.

Cardinburg. Ludewig rex Pentecosten quidelingenburch celebravit.

monasteriumq[ue] sancti Sexuati ipso institente, feria secun-  
da dedicatum est ab episcopis, Hildenesheimense et Minden-  
se. Marchio Albertus Hildegesburch quadam nocte cepit  
et incendit.

Albertus M.  
Hildesburg.

Spiram rex secundo obsessam recepit.

Spira.

Motus Magde-  
burgi.

In commemoratione sancti Pauli facta est commotio civium  
Magdeburgensium contra Norbertum archiepiscopum, eo  
quod maiorem ecclesiam, quam pollutam audierat, noctur-  
no tempore purificauerit. Crescente itaque tumultu, ascen-  
dit in superiora antiquioris monasterij, cum Misnense  
et Havelburgense episcopis, et preposito maioris ecclesie,  
ibiq[ue] diu obsessus est, atque obiurgantibus eum civibus, quod  
altaria fraxerit, et reliquias sanctorum furto abstulerit.  
Sed hunc diuina gratia mirabiliter eripuit, et eos postmodum  
per censuram ecclesiasticam coactos sibi subiecit.

Norb[er]g.

M. C. XXX.

Bertoldus Hildenesheimensis episcopus obiit, pro quo Bern-  
hardus, eiusdem ecclesie canonicus constituitur. Vdo comes  
de Wra kelme ab hominibus Alberti marchionis occisus est.

Bertoldus  
Bernhardus  
Vdo C.  
Conradus de  
Eckelde.

p. 38.

Conradus de Eckelde apud Hallam a civibus eiusdem  
oppidi cum alijs multis occisus est.

pontif.  
duo licti.

Honorius papa obiit, cui successit Gregorius mutato nomi-  
ne Innocentius, contra quem alter Petrus Leo electus est  
mutato nomine Anacletus, et ambo uno die consecrati refe-  
runtur. Ecclesia tamen fere tota in pontificatum Inno-  
centij consensit.

Henricus C.  
Ludovicus Com.  
de Turingia.

Henricus comes et signifer regis, frater Ludouici comitis  
de Thuringia clam occisus est.

Turingia Ludouici  
donat.

Burckhardus de Lucknem comes Fresenim a militibus  
domini sui, uoluntate ipsius, in quodam coemeterio occisus  
est, huius perfidie uindex Ludericus rex Vuirceburch  
castrum ipsius cepit, et comitatum ipsius dedit Ludouico  
predicto de Thuringia.

Burckhardus de  
Lucknem.  
Wuirceburch.

Innocentius papa Vuirceburch a Ludero rege, et omnibus



ibi congregatis, eligitur et confirmatur.

M. C. XXXI.

Nonbertus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, ecclesiam  
in gratia Dei, et honorem sancte genetricis perpetue uirginis,  
et sancti Victoris martyris, de proprietate nobilis uiri Otto  
nis comitis de Cerdorp, fundavit, primosq; lapides in funda-  
mento ecclesie, cum prefato comite proprijs manibus impo-  
suit, eundemq; uirum seculo renunciantem, in ecclesia,  
cuius fundator extitit, Canoniceum fecit, et in diaconatus  
ordinem promovit. Primus ecclesie illius prepositus extitit  
Emelricus, qui post breve transmarinauit. Post quem Euer-  
motus, postmodum Ratisburgensis episcopus promisor loci  
ordinatur. Omnes autem ordinis illius clerici Magdebur-  
gensis diocesis, dedens uotum episcopo crebro, et non suis  
prepositis faciebant.

Synodus generalis apud Leodium in quadragesima habita est presi-  
dente papa Innocentio, presente rege Ludewico, et regina Richa,  
ibiq; ab ipso apostolico, et omni ecclesia ibi collecta excommu-  
nicati sunt Petrus Leo, Conradus tyrannus et Fredericus  
frater suus cum omnibus illis fauentibus. Otho etiam  
Haluerstadensis episcopus ab Honorio papa depositus, eundem  
petitione regis, et totius ecclesie restitutus est. Henricus  
Magdeburgensis prefectus, filius Vurpenti Marchionis de  
Groik, marchiam quam patre suo defuncto comes Adelber-  
tus a rege adquisierat, iure legali recepit, anno post mar-  
tem patris VIII.

Rex Saxoniam regressus collecto exercitu Danos tenuit.

Innocentius papa II. synodum Remis celebrat.

Fredericus Coloniensis episcopus obiit.

M. C. XXXIII.

Corpus sancti Godehardi IIII. Non. Maij leuatur. Anno  
ad depositionem ipsius XCVI. Ekbertus Monasteriensis  
episcopus obiit, cui successit Vuenberus Haluerstadensis

Conatum  
Leodij.

Wipacij filij  
Marchiam 24-  
capitat.

Dany Vincentij

canonicus, frateruelis sancti Annonis Colonienſis archie-  
piscopi. Bruno ſucceſſet Frederico Colonienſi archie-  
piscopo. Cono Raſponenſis epiſcopus et Hev-  
manus Auguſtenſis obierunt.

S. Anno.  
Bruno.  
Cono  
Hamm.

M. C. XXXIII.

Conradus Marchio de Plozke in Italia cum rege pergens  
ſagitta tranſfigitur, cuius corpus in pateram delatum, se-  
pultum eſt Bakelinge, cum parentibus ſuis.

Conradus M.  
de Plozke.  
Bakelinge.

Rex mediante Norberto archiepiscopo 27. Non. Junij à  
Papa Innocentio conſecratur cum conjugē ſua.

Eclipsis solis facta est 1111. Non. Augusti.

M. C. XXXIII.

Adelbertus comes ſucceſſit Conrado Marchioni.

Imp. pascha  
celebrat.

Imperator celebrat pascha Haluerſtat, ubi quidam de princi-  
pibus Danorum Magnus nomine hominum imperatori  
faciens, regnum Dacia ab ipſo ſuſcepit, et poſt preſtitum iura-  
mentum, imperatori ad eccleſiam procedenti circulo decora-  
tus aureo, gladium præportavit. Qui, in pateram reuerſus  
à quodam Henrico occiſus eſt, cum V. epiſcopis et LX. cle-  
ricis. Pater enim eiusem Nicolaus in civitate Neſuich  
ante eccleſiam cum ſuis occiſus eſt.

Altricus Com.  
Conradus M.  
Haluerſtat.

Magnus rex  
Danorum.

P. 41.

St. Neſuich.  
Nicolaus.

Norbertus archiepiscopus Magdeburgensis obiit, 22. Idus  
Jun. Sepultus eſt in eccleſia ſanctæ Mariæ Magdeburgi,  
in qua ipſe remonitis canonicis ſecularibus, canonicos præ-  
monſtraſenſis ordinis inſtituerat.

Norbertus.

Imperator feſtum apoſtolorum Petri et Pauli celebrat  
Magdeburgi, et Conradus eiusem eccleſia canonicus omni-  
um electione, imperatore conſentiente archiepiscopus conſti-  
tuitur. Qui etiam poſt Rocherum electus, epiſcopatum obti-  
nuisset, niſi quod abbas ſancti Ioannis de monte, et minor  
prepoſitus reſiſterunt, dicentes, non eſſe ſubdiaconum eli-  
gentium.

Magdeburg.  
Conradus.  
Rocherus.

Suenia  
 Fredericus  
 Conradus  
 Henricus B.  
 Imperator cum exercitu Sueniam intemit, propter  
 Fredericum ducem, et fratrem eius Conradum, qui quod-  
 dam oppidum Ulma dictum, contra eum muniuerant, et  
 ciues ad resistendum ei incitauerant. Sed Henricus  
 dux Bauarorum Imperatorem praeueniens oppidum ex-  
 pugnavit, cepit, et incendit. duce et fratre suo inde  
 fugientibus. Postmodum dux a pluribus sibi fauentibus  
 derelictus, necessitate coactus nudis pedibus imperatorem  
 adiit, et per Imperatricem gratiam ipsius obtinuit, qui  
 etiam per legatum apostolicum ibi praesentem, ab excommu-  
 nicatione VII. annorum, eum absoluit fecit, praestito iura-  
 mento, quod gratiam imperatoris omni in posterum deuo-  
 hone mereeretur.

Ulma expugnata.

Ferd? Imperatrici  
Supplex.

M. C. XXXV.

Halla. Dedicatum est monasterium Itallense a Conrado ar-  
 chiepiscopo.

Ludovicus Ab. Ludovicus Aupiensis abbas, occisus est in ecclesia  
 a ministerialibus suis, per insidias, sicut fama fuit  
 Comes de Oualrice frater Frederici comitis de Palre, qui ei succes-  
 sit, sed ipse eodem anno ueneno uitam finivit.

De abbate  
Conrado.

Othobus Boi. Imperator celebrat pentecosten Magdeburgi, ubi Othobus  
 Bolusius P. dux Boimorum, et legatus Bolusius ducis Polonorum, et Gode-  
 fridus Louania, Ungarorum etiam et Danorum, nec non  
 et Sclauorum cum principibus illuc uenientibus affue-  
 runt.

Magdeburgi  
Conuenit.

Conradus M. Conradus Misnensis marchio Ierosolymam profectus  
 est.

Luthece. Congregatio foeminarum canonicarum in Lutere in regu-  
 larem ordinem sancti Benedicti ab imperatore commuta-  
 tur, et Enehardus de monasterio sancti Iohannis Magde-  
 burgi, illuc cum monachis, primus abbas mittitur.  
 Et eodem anno ab imperatore et eius coniuge positus in

fundamento primis lapidibus nouum monasterium  
inchoatur.

*p. long. gladium  
Imp. profert.*

Imperator assumptionem sanctæ Mariæ Mersburg  
celebrat, ubi Bolizlaus dux Polonia, et Ottilricus dux  
Boëmiæ cum cæteris principibus affuerunt, ubi etiam  
Bolizlaus gladium imperatori præportauit.

*Mersburgi  
Conu. g.*

*Conradus Swig  
Imp. fil. Supplex.*

Imperator Mulebusen uenit ubi Conradus frater Feide-  
rici ducis deposita tyrannide, imperatoris pedibus pronolu-  
tus, auxilio imperatoris, gratiam ipsius promeruit,  
et per Conradum archiepiscopum Magdeburgensem  
absolutus est.

*Mulebusen.*

*Conradus Ep.*

### M. C. XXXVI.

Conradus Magdeburgensis archiepiscopus petitione Con-  
radi Marchionis Misnensis, ecclesiam Runicensem  
quam pater et mater iam dicti marchionis fundave-  
rant, in nomen et dignitatem abbatiæ auctoritatis suæ  
peruilegio confirmauit. Primus illius ecclesiæ abbas  
Reinhardus dicebatur.

*Runic Abb.*

*Rimburch.*

*Henricus Wigor  
fil. M. g.*

*Marchia Lus  
satis confert  
Conrado.*

Henricus marchio et Magdeburgensis prefectus filius  
Vurperti ad curiam pergens Moguncia moritur 21 Cal.  
Ian. Cui in comitatu Magdeburgensis Durehardus frater  
archiepiscopi successit. Marchiam uero eius Lusicensem  
quæ nunc orientalis dicitur, imperator Conrado Marchio-  
ni Misnensi concessit, cui etiam totius proprietatis  
eius hæres effectus est, quia alium hæredem non habuit.

*Moguncia.*

Hauelburga capta est à filiis VuidiKindi et etiam incensa.

*Hauelburg.*

Ludericus imperator secundo Romam profectus est.

*Roma.*

### M. C. XXXVII.

Ludericus II. serenæ montis præpositus obiit X. Cal. Maij,  
sedit annis VIII. mensibus III. diebus XXI. post hunc

*Lutery g.*

Meinberg.

Grav.

Wiemang.

ordinatione Conradi marchionis, electus est Meinherus Hallensis ecclesie canonicus, hic primum ecclesie sancti Gereonis Coloniensis canonici mutato habitu, in ecclesia Hallensi conuersus est. Quem etiam frater suus cardinalis Yurmanus nomine, eiusdem ecclesie, cuius et ipse, canonicus, ad conuersionem, occasione tali, secutus est. Accidit ut in ludo, qui uocatur puerorum cui ipse intererat, puer quidam proculcatus moueretur, pro cuius rei poenitudine seculum relinquens, fratrem secutus est, et cum esset subdiaconus, tericeps ad gradum altorem noluit promoeri. Meinherum autem prepositum secuti sunt plures ex senioribus Hallensis ecclesie fratribus, uiri laudabiles, et per quos ecclesia serenimontis plurimum noscitur profecisse, tam in religione conuersationis exemplo, quam etiam in libris quos ibidem conscripserunt. Ex quibus quartus, Gerhardus nomine, licet luscus, libros ipsi ecclesie scripsit, Misales sex, plenarium unum, lectionarium unum, gradualia quatuor antiphonarum unum, Homelias duas, passionales duos libros moralium quatuor. matutinales duos, librum de cura pastoralis scripsit. Heidenricus, postmodum Hallensis prepositus. omnia etiam ecclesie huius officia inquam fratres longo tempore strenue administrantes, primi et religionis imaginem impresserunt.

Libj monastij.

Polonia.

Frant.

Bruno.

Imperatore natiuitatem Domini celebrat in campestribus Polonia, et pascha Firme, deinde ingressus est Apuliam. Ibi apud ciuitatem qua Trana dicitur, Bruno Coloniensis archiepiscopus minuto sanguine, sexta die defunctus est, Imperatore uero transiens per Romaniam et Campaniam Barum ciuitatem uenit, ibiq; Pentecosten celebravit, et in

santo die papa, presente imperatore missam in monaste-  
rio sancti Nicolai celebravit, ibi sepultus est Bruno Coloni-  
ensis archiepiscopus, cui Hugo successit decanus eiusdem  
ecclesie, qui ibidem consecrationem et pallium a papa  
suscepit. Hugo. 8

Eodem tempore obiit Albertus Moguntinensis archiepiscopus. Albertus Mog  
Imperator natalem apostolorum Melisæ celebrat, ubi Hugo Melisæ  
archiepiscopus prædictus phlebotomatus, quarto die obiit, ibi  
sepultus est. Eodem itinere Adalbero Basiliensis episcopus Adalbero Episc  
obiit.

Imperator apud Bredam uillam in faucibus Alprum con- Breda.  
stitutam 11. Non. Decembris obiit, Corpus eius in Saxoniam  
relatum, Lutetia sepultum est.

M. C. XXVIII.

Petrus Leo antipapa obiit.  
Conradus frater Federici ducis Sueuorum, a quibusdam  
principibus in regem eligitur, unde dissensio magna in  
reliquum exorta est. Conradus Su.  
Imp.

Meingotus Merseburgensis episcopus obiit, cui successit Meingotus  
Ekkilissus, eiusdem ecclesie præpositus. Lambertus Ilse- Eckilissus.  
burgensis abbas et Brandenburgensis electus, rediens a Lambro  
Roma a latronibus occisus est. Cui successit in abbacia Sige- Sigebol.  
boto eiusdem ecclesie monachus; in episcopatu Vucherus Wichon.  
sancta Maria præpositus in Magdeburgo.

Hugoni Coloniensi archiepiscopo successit Arnoldus præposi Arnoldus Ep.  
tus sancti Andree.

Bolizlaus dux Polonorum obiit, cuius filius senior Boliz Bolizlaus  
laus gener Conradus regis ducatum patris obtinuit.

Volmarus abbas Corbeiensis obiit, cui successit Albero frater Volmarus  
ducis Henrici. Albar.

Castrum quod Berneburg dicitur incensum est propter Banburgh.

Eilica. tyrannidem, quam exercebat inde Elyica comitissa cum suis. Hac fuit cura ducis Bernhardi

M. C. XXXIX.

Conradus rex Natalem Domini Goslarie celebrat, ubi et publicum conuentum habuit. sed nihil ibi de republica utilitate tractatum est.

Comitiss  
Goslarie

Conradus Ep. Conradus Magdeburgensis archiepiscopus, auxilio principu Brandenburg sibi fauentium, castrum Bernhardi comitis Plozke obsedit, et plozke cepit, et destruxit.

Henricus dux Banavorum et Saxonum ueneno occisus est. XIII. Cal. Nouembriis, et Lutera iuxta Ludereum imperatorem sepultus est

M. C. XL.

Ludo. R. Ludouicus rex Francia obiit.

Otto Ep. Otto Babenbergensis episcopus obiit, qui Pomeranos conuertit, cui successit Eilbertus eiusdem ecclesie canonicus.

Ludouicus C. Ludouicus comes de Thuringia, et Vuilhelmus comes palatinus, obiierunt

Seuuardus Mindensis episcopus obiit, cui successit Henricus eius abbas eiusdem loci.

Godeboldus Misnensis episcopus obiit, cui successit Reinuuardus eiusdem ecclesie prepositus.

Eodem anno destructe sunt munitiones istae Groninge, Anehalt, Gebelenze, Vuitbecke.

M. C. XLII.

Richa imperatrix obiit.

Adalbertus Moguntiensis episcopus iunior obiit, cui successit

Markolfus prepositus de Aschafneberg

M. C. XLIII.

Conradus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus XIII.

obiit, VI. Non. Maij. Sedit annis VII. mensibus IX.  
diebus XXV. Huic successit Ferrericus custos maioris Friding &  
ecclesie.

Markolfus Moguntiensis episcopus obiit.

Markolfus &

Otho Haluerstadiensis episcopus obiit

Otho &

Gertrudis ducissa obiit, filia Luderi imperatoris.

Gertrudis &

Elyca comitissa obiit.

Elyca &

M. C. XLIII.

Innocentius papa II. obiit, cui successit Guido, qui et Coe-  
lestinus.

Innocentius &  
Guido S.

Ecklenus Merseburgensis episcopus obiit, cui successit Rein-  
hardus.

Ecklenus &  
Reinhardus S.

Agnes marchionissa mater Conradi regis obiit.

Agnes M. &

Conradus M.  
Rochlunam &  
ab Imper.

Conradus rex dedit Conrado Misnensi et orientali marchio-  
ni, et uxori eius Lucardi provinciam Rochler.

M. C. XLIII.

Celestinus papa obiit cui successit Grebardus cardinalis  
mutato nomine Lucius.

Celestinus &  
Grebardus S.

Lambertus veneranda memoria primus Hallensis  
ecclesie prepositus obiit V. Idus Febr. sedit annis XXVI

Lambertus &

Primus autem dicitur, quod illi ecclesie, in loco in quo  
nunc est, prefuert primus. Adelpotus siquidem archie-  
piscopus, cum primum inchoandi hanc ecclesiam, prepo-  
situm habuit, et canonicos secundum regulares beati Au-  
gustini in ea instituere disponeret, huiusmodi viros de  
quodam ecclesia Bavaria, quae Reidenbuch dicitur, unde Reidenbuch.  
etiam octo canonicorum regularium per Saxoniam  
derivatus est, timore Henrici imperatoris recedentes,  
inter quem et summum pontificem longa discordia feabe-  
batur, tanquam a Deo sibi transmisissis, suscepit, eosque in  
castro GreyeKenstein, data eis eiusdem castri capella, et  
Grikestein.

Adelpotus &

Reidenbuch S.

Grikestein.



Bawigo. uno Beruigo nomine, qui ceteris praeset ordinato, qui etiam ecclesiae illius de qua recedebant praepositus fuerat per biennium, detinuit, infra quod temporis spacium, Beruigus defunctus est. Inde archiepiscopus ad locum, ubi nunc ecclesia est noui operis eos transtulit, et Lambertum de quo haec agitur, qui unus erat ipsorum eis praepositum feliciter ordinavit, qui mox diuino timore, et ex toto corde se subiiciens, in regulari conuersatione ita se exhibuit, ut in paucis annis plurimi, quorum plerique erant nobiles, et ex delicatis moribus, bona opinionis eius odore tracti, ad locum illum, tanquam ad portum post naufragium, conuersationis gratia festinarent. Ex qua re factum est, ut illa ecclesia inter ipsa fere sua inchoationis primordia, in numerositate personarum ualde uenerabilium, multis ueteribus ecclesijs praestantior haberetur.

Fridric. Lamberto praeposito successit Fredericus.

Berta. Eodem anno obiit Berta comitissa uxor Dedonis comitis, fratris Conradi Mesnensis et orientalis marchionis XVII.

Groik. Cal. Iunij. Haec proprietatem suam Groik dedit Dedoni filio praedicti marchionis, quem ipsa loco filij enutrerat.

Rodolphus. Rodolphus comes de Statem iunior interfectus est a Fransal-

Sindis. lanis saxonibus, qui Dithmerschen dicuntur. Siferdus comes de Hareburg obiit, quidam liberi habent de Bou monebur.

Sifridus C. Salome uxor Bolislar ducis obiit.

Salome. M. C. XLV.

Hermanus de. Conradus rex ad natalem domini Magdeburgum uenit, et quia in comitatu suo Hermanum comitem de Seale<sup>Re</sup> excommunicatum, duxit, a Clero regali more non est susceptus.

Conradus Imp.  
Magdeburgi no  
suscepit a clero.

Lucius. Lucius papa obiit cui successit Bernbardus cardinalis, abbas Brechtel<sup>dy</sup> S.

sancta Anastasia, mutato nomine Eugenius.

Bertrada comitissa, et filius eius Conradus comes de Hon  
stein, obierunt.

Bertrada C. &  
Conradus de  
Honstein &

M. C. XLVI.

Lucardis Marchionissa sexenum montem uenit, et Mein  
Lucardis M.  
hero preposito deuote recepto ibidem se plebotomari  
fecit. Sequenti autem, uel tertia die petitionem aliqua  
preposito porrexit, de qua ille ei nolebat aliquatenus  
consentire. Pro qua re indignata Gerbestat recessit. ibiq;  
ex motu animi ut fertur languorem incidere, ex quo  
defuncta est XIII. Cal. Iulij, et in monasterio ipsius loci  
consilio Horexi comitis de Manesfelt, qui tunc aderat est  
sepulta. Eo tempore Conradus marchio a peregrinatione  
maxima rediens, cum in partes Bauaria uenisset, nunciu  
de morte uxoris accepit, statimq; ubi sepulta esset, sollicite  
requisiuit. Quo cognito, simulq; de eo qui consilium dede  
rat comperito, grauiter ferens cum iuratione asseruit,  
se eum, ut suis eam manibus effoderet compulsurum.  
Quod ita factum est. Denique cum redisset marchio, Hore  
xus idem, indignationem eius erga se, et causam indignati  
onis intelligens, nec aliter nisi reddito corpore marchionisse,  
gratiam eius se impetraturum: nocte quadam, dimidio iam  
anno a sepultura eius exacto, Gerbestat cum suis clam  
uenit, persuasissq; pecunia custodibus, eam effodiens, tulit,  
et Vuhm, ubi ex conduto marchionis, eius expectabat ad  
uentum, adduxit, sicq; sub ipsa nocte prosequente marchio  
ne, in sexenum montem aduecta, se ibiq; sequenti die honorifi  
ce sepulta est. Porro Marchio in die sepultura eius  
XVIII. mansos ad dotem ferum altarium, quae cum mo  
nasterio dedicata erant, beato Petro pro reque defunctae obtulit,  
sex mansis singulis altaribus deputatis.  
Conradus rex dum curneciam haberet, Voladislau gener

Meinherg Lu.  
cardis non ob  
longerat.

Gerbestat.

Horexi de  
Manesfelt.

Lucardis  
effoditur.

Conradus Imp.  
Voladislau.

eius ipsum adiit, et recepto ab eo Polonia ducatu, fratres  
 suos exheredare conatus est, denique cum reversus civi-  
 tatem Poznam, cum exercitu obsideret, fratres eius collectis  
 paucis, ex improviso ei irruentes, multos de exercitu eius  
 prosternunt, unde coactus est pacem cum eis firmare  
 iuramento, sed ut patesceret perfidia ipsius, diuino iudicio  
 terra in loco ipso iuramenti, ut fertur, sanguinei flumi-  
 nis patefecit abyssum. Postea post multas clades fratribus  
 illatas, a patria expulsus est. Rex vero collecto exercitu  
 Poloniam, ad restituendam generum ingressus est, fratres  
 autem ad resistendum preparati, semitas obseruantes  
 regem ingredi prohibebant. Tandem consilio Adalberti, et  
 Conradi marchionum, obsidibus vicissim datis regem adieunt  
 et promissa pecunia patriam ab ipso suscipiunt. Inuicem  
 fratre obside dato.

posna.

Polonicum bellum insti-  
tum fratrum.

Albicus  
Conradus

Marchiones  
Componunt  
dissidium.

M. C. XLVII.

VII. Cal. Nouemb. eclipsis solis facta est media die.  
 Conradus rex cum Vuelpone et Frederico ducibus, alijsq;  
 plurimis tam episcopis quam comitibus, multisq; Chri-  
 sti fidelibus cruce signatis, quorum numerus fuit. DC.  
 millia ad partes Ierosolymitanas proficisci disposuit, sed  
 traditione regis Gracia XVIII. diebus per loca deserta  
 ducti, fame et siti ex parte maxima perierunt. Insuper  
 a paganis Turcis in hoc labore circumuenti, plurimi  
 interfecti sunt. Ludouicus etiam rex Francia LX  
 millibus in ea expeditione perditis, cum paucis redijt, hanc  
 expeditionem promouerat Bernardus Clareuallensis  
 abbas, qui tunc floruit.

Eclipsis ☉

Expediti Hieroso-  
lymitana.

Bernardus  
Ab.

Eodem anno, magna multitudo signatorum contra  
 Paganos, Aquilonem uersus habitantes, profecta est, ut  
 eos aut Christiana religioni subderent, aut omnino delerent.

Expediti  
Saxonum.

Principum.

Huius expeditionis principes erant Fredericus Magdeburgensis archiepiscopus, Rodolfus Haluerstadiensis, Vicerex Monasteriensis, Reinhardus Merseburgensis, Anselmus Havelbergensis, Henricus Moraviensis episcopi. Vurbolt Corbeiensis abbas, Conradus Marchio, Adalbertus Marchio, Fredericus Palatinus comes, Hermanus Palatinus comes, cum alijs multis quorum numerus LX millia. In alia societate eiusdem expeditionis principes erant Albertus Bremensis archiepiscopus, Ditmarus Faxeus episcopus, Henricus dux Saxoniae, Conradus dux Burgundiae, Hartungus princeps nobilis, cum alijs XL millibus. Item rex Dacia, cum centum suorum provincialium millibus. Frater etiam ducis Polonorum cum XXX millibus. Praeterea navalis exercitus Anglicorum, et Coloniensium, et Flandrensium, cum ipsis scilicet Rexam Paganorum ingressi, civitatem quandam munitissimam Vlixibonam nomine ceperunt, interfectis ducentis millibus et quingentis.

M. C. XLVIII.

Saxonum &  
Polonorum  
fides.

Fredericus archiepiscopus, et alij quidam principes Saxonum, cum Polonia ducibus Bolislao, et Mesicone, amicitiae foedus, in Epiphania domini celebraverunt, ubi Otto Marchio, filius Alberti Marchionis, uxorem Polonorum principum, ducendam uxorem suscepit. In media quadragesima Eugenius papa concilium Remis celebravit, ubi seductorem quendam <sup>Eusebium</sup> Eusebium nomine, qui se in Gasconia et finitimis regionibus <sup>Deum</sup> donum praedicaverat, errorem suum coram omnibus confessus, <sup>in</sup> praenae — captivitate deputatus, perpetui exilij supplicio damnavit. In eodem concilio magister Giselbertus scripta sua quae a quibusdam calumniis <sup>Gisilbertus</sup> Giselbertus

Bolislao.  
Mesico.

Otto Marchio.

Eugenius.

Remis.

Eusebium.

Deum.

in.

praenae.

captivitate.

deputatus.

damnavit.

In eodem concilio.

magister Giselbertus.

scripta sua.

quae a quibusdam calumniis.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

Gisilbertus.

abantur auctoritate sanctorum patrum magnifice defendit.  
Rex Romanorum et Rex Francia Damascum obsederunt,  
sed Ierosolymorum rege, ope sua eos fraudante, nihil dignu  
effecerunt.

Damascus frustra  
obsidetur.

M. C. XLIX.

Dedicata est capella Hallensis, quae praepositi uocatur.  
Conradus rex, et rex Francia a peregrinatione redierunt  
ad propria.

Imp. ad  
X. Octobr.

M. C. L.

Conradus Marchio de promotione ecclesiae severi  
montis, sine oblatione sollicitus, ex eo tantum impediri  
uidebatur, quod eum <sup>Nimn</sup> Munitensis ecclesiae, quam  
parentes ipsius fundauerant, pietatis respectus, curam  
postponere non sinebat, considerans tamen hanc  
ipsam sibi pro rerum tenuitate, non posse sufficere,  
quodq; ex hac causa, regularis ordo in ea institutus,  
deficendi augmentum diebus singulis capiebat, eam  
cum omnibus ad ipsam pertinentibus in proprietatem et  
usum alterius transferre si esset possibile cogitabat, ea  
uidelicet ratione, ut diuinum seruitium, quod in hac  
atnullatum erat, in illa copiosius suppleretur. Simul  
etiam ne parentum suorum oblatio inutiliter deperiret.  
Huius itaque negocij praemonendi causa Legatos  
idoneos, Anselmum scilicet Havelbergensem episcopu,  
et Gerhartum Magdeburgensem, ecclesiae maioris praepo-  
situm ad Eugenium papam destinant, petens, ut  
quod de ecclesijs his facere ordinauerat, auctoritate aposto-  
lica perficere permitteretur, cuius petitioni papa an-  
nuens, et de his rescripsit in hunc modum.

Munitensis  
Ecclesia.

Anselm.  
Gerhart.

Marchio  
Conradus legatus  
mittit Roman.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio,  
nobili viro Conrado marchioni, salutem et apostolicam  
benedictionem. Literas nobilitatis tuae benigne recepi-  
mus, et devotionem tuam, quam ex pa. beatum Petrum,  
et ecclesiam Dei, et ex eis se habere perpendimus, in do-  
mino collaudamus. Nos ergo tuum laudabile votum de  
ecclesijs pro quibus rogasti adimpleri volentes, petitioni  
tuae quaximus annuendum, unde venerabili fratri nostro  
Magdeburgense archiepiscopo per scripta nostra manda-  
vimus, ut secundum quod a nobis postulasti, studeat  
hoc effectui mancipare. Praeterea dilectum filium no-  
strum A. Misnensem praepositum, et cano-  
nicos suos habeas propensius commendatos, ut eos a  
pavorum hominum incursibus defendas, atque in suis  
opportunitatibus iuves, et manuteneas. Data Tuscu-  
lani V. Non. Maij

Fredericus itaque archiepiscopus, quod in mandatis ac-  
ceperat, exequi studens, ecclesiam Numicensem in  
proprietatem, et usum fratrum severi montis transtu-  
lit, factumq. hoc summi pontificis, nec non suae auctori-  
tatis munimine confirmavit.

M. C. LII.

Membricus texhus severi montis praepositus obiit V.  
Idus Ian. Sedit annis XIII. mensibus VIII. diebus  
XVI. Hic maiorem ecclesiam, quam antecessor eius  
inchoaverat, consummatam a Frederico Magdeburgensi  
archiepiscopo, dedicari fecit, cuius dedicationis annum  
invenire non potui. Post hunc electus est Arnoldus  
eiusdem ecclesiae canonicus, vir idoneus quidem, et de quo  
future utilitatis spes haberi poterat, sed Conrado marchi-  
oni non placuit, qui alium Herkebardum nomine.

Numick.

Membr. 8.

Arnoldus.

Eckhardus.

Hallensis ecclesie canonicum fame laudabilis vi-  
rum, qui forensi ecclesie iam per annos XXXI.  
præerat, mortuo præposito, substituere modis omnibus  
intendebat. Ardenti enim affectu religionem in eccle-  
sia serenæ montis propagari desiderans, hoc aliter  
nisi sumpto de ecclesia Hallensi præposito, perfici  
posse non speravit, in qua præcipue regularis obser-  
vantia studio tunc urgebat. Hac autem eius inten-  
tione cognita, Arnoldus idem hinc considerans, plus  
damni ex offensa marchionis ecclesie suæ posse accre-  
scere, quam utilitatis ex eo, si ipse in hoc, ad quod fue-  
rat electus, persisteret. Illinc autem, fratrum qui se  
elegerant, et perseveratione hortabantur, instantiam  
attendens, dubitabat quid mallet, sicq; hoc negotium  
per sex pene menses suspensum est. Solebant autem  
proximi præpositi, huius ecclesie curam de manu  
archiepiscopi magdeburgensis accipere, sponte an  
coacti nescio, in quo tamen utriusque rectissime repre-  
henduntur. Isti quidem, quod privilegio suo uti nolue-  
runt, illi autem quia scientes ecclesiam ipsam ad  
summum pontificem immediate pertinere, in alienam  
segetem falcem mittere præsumpserunt. Ex hac igitur  
consuetudine cum præfatus electus ad Fredericum  
archiepiscopum pro eodem negotio Genetensium, ubi  
etiam Marchio et Vucmanus Nuenburgensis episcopus  
aderant, venisset, Vucmanus episcopus causa cognita  
ad consulendum ei, se ingerens, dicebat utile sibi videri, si  
coram archiepiscopo et Marchione insufficientem se,  
et paratum, si ita eis placeret, ut ab electione cederet,  
fateretur, hac enim eius humilitate Marchionem  
placantum, et ut persisteret consensurum. Ille autem

Fridery.  
Gm. K. S. J. m.  
Wiemang.

consilium tanquam utile simpliciter attendens, coram  
archiepiscopo et marchione insufficientiam de se testatus,  
etiam in hoc paratum, si eis placeret ut ab electione ce-  
deret, fatebatur. De quo illi eum laudantes, placere sibi  
ut cederet, responderunt, tamen ille <sup>la</sup>queatum se videns,  
quia referre pedem turpe iudicabat, electioni renunci-  
avit, scilicet **EK** Ekehardus pro arbitrio marchionis ele-  
ctus est et confirmatus. Item autem Arnoldus Luppodis-  
berga postea praepositus datus, ecclesiam illam strenue  
gubernavit, ad cuius religiose conversationis probatio-  
nem, factum memorabile, quod a viris fidelibus didici-  
bit inserere non prebet. Congregato est sanctimonialium  
in eadem ecclesia, quas praepositus idem ad hono-  
rem coelestis sponsi vigilatissime custodiebat, Ex his una  
unior, antiquo hoste incitante, seculum diligens, copiam  
recedendi, quam difficile inuenire poterat, requirebat.  
Quae tali proposito aestuans, cum ex consuetudine ecclesi-  
astica, in die resurrectionis Christi ad communicandum  
accedere cogeretur, malae voluntatis conscia, quod  
acciperebat, non ausa sumere, per quinque annos, infra  
quos discedendi aditum quaerens, inuenire non poterat,  
quinque portiones dominici corporis reservavit, easque in  
vase mundo, pro ut poterat, diligentius reponens, in loco  
sancto, terra infudit. Tandem misericors redemptor mi-  
seratus miseram, et ut credo sepultura impatiens, quam  
semel resurgendo euaserat, praepositum per visum de  
his quae agebantur, edocuit. Videbat se in quodam secre-  
to claustris loco stare, in quo fossa patens, et in eius ima  
parte infans decentissimus, nudus videbatur, qui manibus  
prostratis, praepositum quasi ut se educeret, precabatur,  
quo viso, somno excussus, visionem recogitans, quid

Arnoldus  
Luppodisberg



uidisset mirabatur. Die autem facto claustrum in-  
gressus sorores conuocat, eisq; quod uiderat, enarra-  
uit, locum qui ostensus fuerat designans. Deinde  
quodam quasi miseratione ductus ex memoria uisi-  
onis, eis ut fodiendo in eodem loco terram pateface-  
rent, precepit. Quo facto uas quod infossum erat  
reperiunt, quod sublatum prepositus aperiens, uiso  
quod continebat, statim quid esset, intelligere sibi uide-  
batur. Omnibus autem ingenti admiratione attonitis,  
uase in ecclesiam reuerenter collocato, regressus, infos-  
sionis ream, sub interminatione poenae, requirere coepit.  
Tunc misera illa deprehensam se uidens, pedibus eius  
prosternata, in lacrimas amarissimas, et gemitum exupit,  
et quid cogitasset et egisset exponens, omnes qui aderat  
ad fletum uberimum prouocauit, sicq; post solutas  
misericordiae redemptoris praxarum actiones, poeni-  
tentiam inuictam deuote peragens, et partibus illis, quas  
reposerat per uices communicata, tentatione qua  
urgebatur, omnino caruit. Sed haec long postmodum  
gesta sunt.

- Arnoldus  $\phi$ . Arnoldus coloniensis archiepiscopus obiit, cui successit  
Arnoldus  $\phi$ . Arnoldus cancellarius.  
Riccardus  $\phi$ . Riccardus marchionisa obiit.  
Ludouicus  $\phi$ . Ludouicus de Vurppera obiit.  
Wigornius  $\phi$ . Wigornius episcopus de monasterio obiit, cui successit  
Fridericus  $\phi$ . Fridericus.

## M. C. LII.

- Conradus Conradus rex obiit.  
Imp.  $\phi$ . Fridericus dux Sueuiae in regem electus, communi  
consensu, in mētra quadragesima, qui proximam  
pentecosten Mersburg celebrans, Sueno<sup>ni</sup> regi Daciae  
Sano R.

Fridericus Imp.

circulum regni concessit.

Lambertus comes obiit.

Hermannus comes de Vircenbure cum Lucbarda uxore sua pregnantem, in ipsa urbe a suis occisus est.

Federicus XV. Magdeburgensis archiepiscopus obiit XIX. Cal. Febru. Sedit annis IX. mensibus VIII. diebus

XIIII. Post hunc electi sunt duo Harro decanus, et Gerbardus prepositus maioris ecclesie.

His autem aliquandiu pertinaciter singulis pro parte sua intendentibus, Vircmanus Nuenburgensis episcopus sequester illis accessit, modisq. que in eiusmodi causis precipue valent, promissis videlicet, et muneribus, pluribus uterisque patris electoribus, abstractis, ut se eligerent persuasit.

Oratio facta fasallis ecclesie fidelitatem ei iurantibus episcopatum obtinuit. Pallium autem quoniam de irreperantibus interitus, apud curiam Romanam infamatus erat, biennio per nuncios suos obtinere non potuit.

M. C. LIII.

Imp. in Saxonia  
an Vmb.

Federicus rex Saxoniam pacifice interuenit.

Henricus Moguntiensis archiepiscopus a cardinalibus Bernardo et Gregorio deponitur, cui Arnoldus cancellarius substituitur. Item Henricus Min-

densis episcopus deponitur, cui successit Vuerinherus. Item Bernbardus Hildensemensis episcopus ab episcopatu absolutus, et moxitur, cui successit Bruno.

Eugenius papa obiit, cui successit Conradus, qui et Anastasius.

Vurcboldus cum alijs multis in Persia perijt.

Dissidium principum.

Dux Henricus et Marchio Albertus discordantes, incendijs Saxoniam turbauerunt.

Lambertus  
Hermannus  
cu Lucbarda

Federicus

Harro  
Gerbardus

Vircmanus

Henricus  
Bernardus

Gregorius  
Arnoldus

Vuerinherus  
Bernardus  
Bruno

Eugenius  
Conradus

Vurcboldus

Fredericus rex coram nuncijs apostolicis, ab uxore sua propter notam adulterij separatus est.

Imp. dionotium fact.

M. C. LIIII.

Heckeburg.

Heckebardus sexeni montis prepositus, edificium claustrum in austerali parte maioris ecclesie construere aggressus est, in loco precipiti et scopuloso, et in quo non nisi laborem et impensam perdere, omnibus insipientibus uidebatur. quantum autem laboris in hoc edificio non perdidit, sed impenderit, nunc insipientibus palam est.

Magdeburg.

Fredericus rex Magdeburgi pascha celebrat, presente

Gerbardo.

Gerbardo cardinali.

Anastasio.

Anastasio papa obiit cui successit Adrianus, qui et

Adrianus.

Nicolaus Albanensis episcopus.

Wicmann.

Wicmannus Numburgensis episcopus, et Magdeburgensis electus, pallij impetrandi causa Romam profectus est.

Papa autem licet de introitu eius agnouisset, tamen quia contradicere nullus apparuit, posito in altari beati Petri pallio, episcopo, si canonicè se sciret electum, ut tolleret, precepit, quo hesitante quidam canonicorum ipsius

Theod. de Hildislowe.

Theodorus de Hildislowe, et unus militum, eum de hesitatione arguentes, pallium tulerunt, et episcopo sumendum obtulerunt. Ambo autem isti Romae defuncti sunt, et hoc ordine Wicmannus archiepiscopatum Magdeburgensem assecutus est.

Hugobus.

Eo anno contigit eumore reliquiarum de Hugobus.

Fredericus.

Fredericus secundus Hallensis ecclesie prepositus obiit XVII. Cal. Maij. sedet annis X. mensibus duobus,

Lamberto.

diebus VII. Hic maioris ecclesie Magdeburgensis prepositus fuit antea, et sub Lamberto preposito, mutato habitu in ecclesia Hallensi conuersus, religionem cuius

studium sub eius magisterio feruere uiderat, prelatio-  
nis suae tempore tepescere non permisit, hinc successit  
Conradus.

M. C. LV.

Frid' Imp' an. Fredericus rex Romam cum exercitu profectus, ab  
Serenus. Adriano papa, in ecclesia beati Petri in Imperatorem  
consecratur, et cum Romanis ipso die congressus,  
mille et quingentos ex eis occidit, uictoriamq. obtinuit.  
Spoleum ab ipso deletum est. In ea expeditione Bern-  
hardus uicecomes Hildenesemensis obiit.

Anselmus Hanelburgensis episcopus Rauennae archie-  
piscopus constituitur.

Suano regno a. Suueno rex Danorum a regni illius maioribus regno  
pulsus est, cuius regnum a Cnuto et Vualdemaro  
P. 47. nepotibus ipsis occupatur.

M. C. LVI.

Conradus M. Conradus Misnensis et orientalis marchio, quia diu  
Ecclesiam tan. na se praueuiente, incertitudinem uitae suae considerans,  
latragi lat. timensq. ne labenti mundo diu inherere uoluisset, ipse  
platus. quoque simul ad lapsum traheretur, ipsum relinquere,  
et monasterium petere stabili secum proposito defini-  
uit. Volens autem ecclesiae ad quam anhelabat scilicet  
sexenni montis, quam iam sufficienter, prout opportu-  
num ei fuit, locupletauerat, etiam in futura prospice-  
re, Vuirchmano archiepiscopo, et Alberto Marchione de  
Brandeburg, filiis etiam suis omnibus, multisq. alijs  
ecclesiasticis, et secularibus, uiris nobilibus et ministe-  
rialibus accessitis, ad locum uenit, ut in eorum praes-  
sentia, quod intenderat consumaret. Primo itaque pos-  
sessiones quascunque uel ipse, uel uxor eius loco contule-  
rat per manus filiorum suorum Ottonis uidelicet

Misnensis

Obiit  
The  
Hil  
Do  
Fr

Conradus

Spoleum

Bernhardus  
cedomius

Anselmus

Cnuto

Waldemarus

Wicman

Albertus  
Brandenburgensis

Obi.  
Theodoric.  
Hinnig.  
Dido.  
Fidrig.

Misnensis marchionis, Tiberici orientalis marchionis, Hein-  
rici comitis de Vartin, Dedonis comitis de Rochelre, et Fer-  
derici comitis de Breua, offerri fecit, ne aliqua de ijs post  
mortem eius questio nasceretur. Est autem quantitas  
harum possessionum C. LXXXXIII. mansi et dimidij. exce-  
ptis his quae ad Numicensem pertinent ecclesiam, quoru  
numerus est LXX. et dimidij, et excepta silua, quam  
in diuersis locis noscitur contulisse. Deinde filiorum uel  
haeredum quemlibet suorum, seniore post se aduocatum  
loci, ordinans, hoc statuit, ne aduocacia ipsa ulli unquam  
iure feudi concedatur, et ne aduocatus aliquid seueritij  
secularis, extra placitum feudum in rebus ecclesia, quasi  
ex iure sibi audeat usurpare, et ut filij eius, quod etiam  
ipsi promiserunt ex ministreriales ipsorum, in hoc loco sepul-  
turam haberent, nimirum ceteris, ecclesiam ex hac causa  
in temporalibus maxime promouendam. His itaque dispo-  
sitis, coram altari beati Petri, ueteris hominis uestibus eru-  
tus, et regularis uitae habitu per manus archiepiscopi  
uestitus, uoluntariam paupertatem pro amore Christi  
amplexus est, cum magno fauore presentium, quibus  
etiam uberissimas deuoto lacrimas extorquebat, quod tan-  
tam in uiro talem mutationem uidebant, in quo uidelicet  
diuina gratia et misericordia, sensum omnem superpre-  
diens, luce clarius apparebat. Tunc deinde iam lyco Christi  
filios aduocat, ecclesiamq; suam, cuius scilicet iam mem-  
brum effectus fuerat, gratiae ipsorum commendat, ut ei  
tanquam in qua patrem suum, siue uiuentem, siue mor-  
tuum scirent, et matrem, et in qua cum ipsis requiescere  
essent, opem suam ubique praetendere non dissimularent.  
Haec acta sunt die beati Andree apostoli, quo die nemus  
in orientali parte monti adiacens, extremam oblationem

Comendat. M.  
S. M. M. M.

ing.  
Beu.  
ing.

11 Hic infirma  
7. B

Exequia  
Conradij M.

Conradij M.  
Wichmang.  
Mechtildis.

# Hermann

suam beato Petro obtulit. Vixit autem post conversionem mensibus duobus, diebus quinque, mortuusq; est Non. Februarij Anno vite sue LXX. sepultusq; est a Vurch., mano archiepiscopo, in medio ecclesie, ubi in dextera ipsius uxor eius, et post eam in eodem latere, sorore eius Mechtildis mater archiepiscopi, cuius anniuersarius est XII. Cal. Februarij, consepulta sunt. Exequijs etiam eius interfuit Vualo Havelbergensis episcopus, et Albericus marchio, et Hermannus filius eius, omnesq; filij ipsius, preter Othonem Marchionem, et alij multi.

Conradij  
Halberstadij.

Fredericus imperator Halvestat conuentum habuit Cal. Maij.

Arnoldij  
Fredericij.

Arnoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui successit Fredericus.

Henricus dux Fessiam hostiliter ingreditur, sed inacte reuertitur.

Imperator Ratisbonae curiam celebrat, ubi ipso mediant, Henricus dux Saxonum ducatum Bauariae obtinuit.

Henzij D.

Henricus Bauaricus marchiam terrae illius retinuit.

Henricus dux habita cum Bremensi episcopo discordia, urbes et beneficia, quae uoluit, ab eo extorsit.

Imperator in Pentecoste, regiam de Burgundia duxit uxorem.

Hermannus comes Palatinus Rheni, post longam guere ram inter se et episcopum Moguntinum, in pace moritur, relictis eius seculo renuncians, monasterium petijt.

Hermannij

Henricus dux Suenonem regem Daciae expulsam, restituit.

Sueno.

M. C. LVII.

Enemodis

Lambertus

Enemodus prepositus de gratia divina cum esset uix bonus frater, super preteritum usum cogere uoluit, ut in quadragesima alternis diebus in pane et aqua communiter uiuerent. Propter hanc et alias causas quibus eis grauis erat, amotus est, Lambertus prepositus ecclesie illi eligitur, uix tenuis scientie, sed qui hanc inopiam uix tutum copia redimebat. Preceserant tamen hanc electionem Henricus, qui postea Rhoda factus est prepositus, et Siboldus post eum, qui fuit Moguntie minor prepositus, sed quia nihil dignum in illa nouitate fecerunt prior eorum deponitur, alter scilicet Siboldus sponte cessit, Lambertus confirmatur.

Wanry de Veltheim

Brandenburg a Vircmano archiepiscopo et Saxonibus obside, tunc, et capitur, ubi occisus est Vueriberus comes iunior

Brandenburg obsidetur.

Comitibus

Imperator cum Saxonibus Poloniam hostiliter ingressus ad dejectionem eos compulit. Burgundiam iam ab imperio alienatam recepit.

Polonia subigitur, Burgundia recuperatur.

Comitibus

Ramitus rex a Suenone dolo interimitur. Vualdemarus uero uulneratus, uix euasit. Non multo post factum est bellum inter Suenonem et Vualdemarum. Suenonis pars uincitur et ipse occiditur.

Bellum Danicum.

M. C. LXXXIII

Magdeburg

Albertus M.

Magdeburg

Imperator natalem Domini Magdeburgi celebrat. Vlexicus Haluerstadiensis episcopus et Albertus Marchio cum uxore et alijs multis iter peregrinationis ad partes transmarinas assumpserunt.

Transfretio in orientem.

Dux Bohemie concessio sibi circulo ab imperatore, rex nominatus est.

Bohemus regnum.

Anselmus

Episcopus

Episcopus

Episcopus

Episcopus

Imperator cum expeditione Italiam ingressus, Mediolanum obsedit. In hac obsidione Anselmus Rauennensis archiepiscopus obiit. Ekkebertus comes de Bauaria occiditur. In ipsa expeditione Fredericus Coloniensis archiepiscopus obiit.

Mediolanum obsessio.

Henricus dux cum exercitu Sclauoniam ingressus terram ferro et igne deuastat.

Sclauonia vastatur.

M. C. LIX.

Frederico Coloniensi archiepiscopo successit Reinoldus maior  
 eius ecclesie Hildensemensis præpositus et cancellarius.

Reinoldus

Expediit in Ita-  
 liam.

Henricus dux et ceteri principes cum expeditione post  
 imperatorem Italiam ingressi sunt. Henricus dux propter  
 religionem propagandam, episcopos instituendi in Sclauriam,  
 et investendi potestatem ab imperatore accepit. Adrianus  
 papa obiit. Post hunc Rolandus cancellarius a quibusdam

Henricus D.

Adrianus

Rolandus S.

cardinalibus electus est, mutato nomine Alexander, et a  
 Gallicana ecclesia susceptus et approbatus est. Cuius electio  
 Frederico imperatore, qui eum prius exosum habuerat, sum-  
 mendeliter obstitit, ut cum suis factoribus Octavianum anti-

Octavianus

papam e diverso statueret, quem Victorem uocauerunt.

Edictum imp-  
 contra papam.

In cuius papatum fere tota ecclesia Cisalpina consensit pro  
 favore imperatoris, qui etiam edicto publico præcepit ut  
 quicumque ad Alexandrum Papam pergentes inuenti  
 fuissent, tenerentur, spoliarentur, et supplicijs subderentur.

Cuius mandati executione multis malitiosè utentibus,  
 plerimi ite agentium, tanquam Alexandrini, non so-  
 lum rerum perditionem, sed etiam moris periculum  
 pertulerunt. Hinc itaque schisma graue et diutur-  
 num in ecclesia exortum est.

M. C. LX.

Arnoldus Moguntiensis archiepiscopus ab hostibus suis  
 eiusdem urbis eruitus, in ecclesia beati Jacobi occiditur, ipsaq;  
 ecclesia cum omnibus ædificijs monasterij igne consumitur.

Arnoldus

Moguntiensis Ec-  
 clia glosa.

Henricus dux cum Marchione Tiderico, terram Sclauorum  
 deuastauit, et principem eorum Nyueloth, qui et Nicolaus  
 uocatur, et ipsos sibi subiugauit.

Sclauonia sub-  
 iugata.

Vlricus Haluerstadiensis episcopus in persequutione consti-  
 tutus, propter fauorem Alexandri Papæ ab Enechardo cardi-  
 nale legato Victoris damnatur, et deponitur, et excommunicatur.

Vlricus



Gno. in cuius locum Gero praepositus subrogatur.  
 Imperator Mediolanenses congressus ipsos uicit, multisq;  
 eorum occisis uexillum beati Ambrosij abstulit. Mediolanenses Vici.  
 Henricus dux episcopos in Sclauia instituit Geroldum in Episcopatus in Sclauonia.  
 Aldenburg, Euermodum in Ralsburg, Bernonem in  
 Magnopolis Magnopoli qui translatus est in Ruuennensem urbem.  
 Lambertus praepositus de gratia Dei obiit, cui successit Gun-  
 therus.  
 Imperator generale concilium Papae indixit, cui Vucema Concilium papae.  
 nus Magdeburgensis archiepiscopus cum magna multitudine  
 cleri sui interfuit.  
 Vucerus Brandenburgensis episcopus obiit.  
 Crema capitur et deletur.

M. C. LXI.

Imperator iam terho Teutonicas inuitat contra Mediola- Expeditio in Mediolanenses loca.  
 nenses, ubi Bertoldus Cicensis episcopus obiit, cui successit  
 Vdo. Duo electi Moguntenses deponuntur, et Conradus  
 Salrburgensis canonicus regularis substituitur.  
 Bruno Hildensemensis episcopus obiit, cui succedit Herma-  
 nus. Gero Haluerstadensis episcopus dignitatem perendi pallij  
 a Victore antipapa accepit.

M. C. LXII.

Imperator Mediolanenses longa obsidione ad deditionem Mediolanum Capitur.  
 coegit, ciuitatem destruxit, habitatores usquequaque  
 dispersis.  
 Eo anno fames magna facta est. Fames.

Federicus palatinus comes de Sumerschenburg obiit.  
 Imperator generale concilium Bisuncae indixit ubi nihil Concilium Bisuncae.  
 dignum memoria actum est.

M. C. LXIII.

Henricus dux castrum Sclauorum Vuerle obsidens ad Henricus Sclauis infestus.  
 deditionem coegit.

- Divortium. Divortium inter ducem et ipsius conjugem propter consanguinitatem factum est, hoc ipsum imperatorem iuramento firmante.
- Moguntia. Imperator Moguntia curiam celebravit, muros civitatis cum turribus destruxit. Interfectores episcopi, quosdam vita, quosdam rebus spoliavit.
- Conventus Lubecensis. Henricus dux Lubecae congregationem clericorum instituit, ecclesiam ex lignis constructam in honore sanctae Mariae et sancti Nicolai dedicari fecit, ubi pacis gratia principes Rugianae insulae ad dedicationem venerunt.
- Poloni dicitur. Poloni filium ducis sui expulsi receperunt, curia eis ab imperatore indicta.
- Inundatio. Fluvii inundantes pericula gravia hominibus et animantibus intulerunt. Imperator Alpes transiit.

M. C. LXXXIII.

- Vuchmanus archiepiscopus peregrinationem ad partes transmarinas suscepit.
- Tempus. Tonitrua et fulgura intempestiva cum vento uehementi V. Cal. Martij exiterunt.
- Inundatio. Inundatio occidentalium fluminum multa milia hominum et animantium interfecit, et aedificia destruxit.
- Cedes. In Magnopoli ciuitate capta occisa est multitudo magna Christianorum a Sclauis XIII. Cal. Martij.
- Discordia. Discordia magna inter Reinoldum Coloniensem electum et palatinum Rheni facta est propter castrum Rynecke.
- Ecclesia de gratia Dei dedicata est VI. Idus octob. a Vuchmano archiepiscopo cooperantibus Gerungo Misnense, Ioanne Meusburgense, et Vcone Ciciense episcopis, in honore Dei genitricis, et sancti Victoris martyris et sociorum eius, et sancti Pontiani martyris, quem eodem die praefatus archiepiscopus ipsi ecclesiae dedit.

Vuchmanus  
Mag. Ep.

Magnopolis.

Rynecke.

Gerungo.  
Ioannes.  
Vdo.

Victor 8. Victor antipapa obiit, cui successit Guido Cremonensis,  
 Guido 5. mutato nomine Paschalis  
 Conradus 8. Conradus tertius Hallensis ecclesie praepositus obiit, sedit  
 Hadrius 5. annis XIII. mensibus VIII. diebus. XI. Hunc successit  
 Heidenricus eiusdem ecclesie Canonicus.

M. C. LXXV.

Hirsa. Monasterium Sanctimonialium Hirsa incensum est.  
 Nuremberg. In curia Nuremberg stipendia itineris in Lombardiam  
 adiudicantur.  
 Imperator Lombardiam intrauit sed sine effectu redijt.  
 Verona. Verona rebellat. Saxones Pomeranorum prouinciam  
 Saxones. uastant.

Lombardia turbat  
 fensa.  
 pomerania uastat.

M. C. LXXVI.

Arnoldus 8. Arnoldus abbas sancti Iohannis Baptista Magdeburgi, obiit,  
 Sifridus 5. cui successit Sifridus de eadem congregatione, per Vircma-  
 num archiepiscopum interuentus.

Arnsberg. Arnsberg destructum.  
 Wirceburg. Wirceburg ab imperatore et episcopis, et principibus teutoni-  
 cis, paschalis antipapa sacramento praestito, confirmatur, et  
 ut ab omni clero id fiat decernitur.

Milites Saxoniae conuincunt ne iura antecessorum suorum  
 infringere permittant. Saxones conuincunt.

Fatum est incendium monasterij Hallensis. Incendium.

Wircmanus. Wircmanus archiepiscopus et caeteri principes Saxoniae contra  
 Hunc D. ducem Henricum prouinciam turbant. Turbatores.

M. C. LXXVII.

Amazij D. Amazij D. Filius Conradi regis filiam Henrici ducis in matrimonium  
 uxore. sortitus est, cuius inuitatione Boemus in Sueuia multa  
 monasteria et ecclesias rapinis et incendio deuastauit.

Sueuia uastat.

Nyemburg. Vircmanus archiepiscopus, claustrum Nyemburg, et castrum  
 Vrakeleue Concambio ab imperatore accepit. Idem episcopus  
 Vrakeleue. castrum quod uocabatur uetus Haldeleue, et castrum Nyen.  
 Haldeleue.

doap destruxit.

Conradus Moguntiensis archiepiscopus, cum esset fautor Alexan<sup>Conradus cal</sup>  
dri papae, propter uitandam communionem schismatici papae, <sup>lidg.</sup>  
et imperatoris malam uoluntatem, relictis Moguntia Sabina<sup>Sabina.</sup>  
recessit, erat enim sabinensis episcopus, et Romanae curiae car-  
dinalis. In cuius locum imperator Christianum Meusbur-<sup>Christang.</sup>  
gensem praepositum subrogat.

M. C. LXXIII.

Reinoldus Coloniensis archiepiscopus obiit, hic schismatis auctor Reinoldus  
et roborator praecipuus fuit, primusq; imperatorem ut iu-  
dicium ecclesiae de electione Alexandri papae contemneret inci-  
tauit. Quem quidem talem futurum ipso de se cum puer esset  
prophetsante, ordinatore omnium Deus modo mirabili declara-  
uit. Tertius enim, quod cum in scholis Hildenesmensibus  
puer nutreretur, quodam tempore scholaribus ut mos est meri-  
die quiescentibus, iste inter caeteros dormiens, repente huius  
modi uocem emisit, Ego sum. quod cum saepius repeteretur  
magister qui praesens erat, nec dormiebat, eum percunctari  
studuit dicens, Quid es tu? Tunc ille respondit, Ego sum  
ruina mundi. Exinde a coetaneis suis Ruina mundi ap-  
pellatus est. Huic imperator cum Mediolanum euerte-  
ret, ferum Magorum corpora ibi reperia dedit, quae ille ad  
sedem propriam scilicet Coloniā, munus eximium depone-  
uit. Reinoldo successit Philippus cancellarius. <sup>philippus.</sup>

Magdeburgensis <sup>Magdeburgensis</sup>  
Episcopus <sup>Episcopus miles.</sup> Ulrichmanus archiepiscopus cum multis auxiliatoribus ca-  
strum Holdesilue obsedit, in quo Berenhardus de Lippa cum <sup>Holdesilue.</sup>  
multis alijs a duce Henrico locatus, prouinciam ciuitati  
Magdeburgensi adiacentem rapinis et incendijs deuastabat, ita  
ut nonnunquam ad muros ciuitatis accedere non timeret.

M. C. LXXIX.

Tarmonis. In Syria quaedam ciuitas terra hiata absorpta est.  
Daniel Praagensis episcopus obiit, cui successit Fredericus de <sup>Danielus</sup>  
choro Magdeburgico assumptus. <sup>Fredricus S.</sup>

M. C. LXX.

Groning. G. Gerungus Misnensis episcopus obiit in infirmitate febrili in sereno monte. Hic ecclesiam sereni montis magno semper affectu coluit, multisq; eam largitatis suae beneficijs cumulavit. Sepultus est autem in ecclesia Misnensi.

Marching. S. Hinc successit Martinus eiusdem ecclesiae canonicus.

Albertus marchio de Brandenburg obiit.

M. C. LXXI.

Enchardus. S. Enerhardus Nuenburgensis abbas obiit, cui successit Siferdus abbas sancti Iohannis Magdeburgi, prioris tamen dignitate pariter retenta. Verum quia de Nuenburgensi ecclesia loquendi se praebuit occasio, libet de exortio eius aliqua hic inserere, cum pro honestate ipsius ecclesiae, quia videlicet regularis uita uestigia à uiris Deum timentibus impressa in ea, necdum penitus deleta sunt, tamen etiam quia eius et ecclesiae sereni montis fundatores quaedam consanguinitatis uidetur ratio copulare.

Nuenburgensis Ecclia.

Vide C. in Thronica socris. Temporibus denique primi Ottonis imperatoris duo fuerunt fratres Gero dux et Marchio, et Siferdus comes.

Gero M. Siferdum, qui in iuuentute obiit, de cuius morte pater adeo turbatus est, ut Romam petens coram altari beati Petri arma deponeret, impetratoq; a summo pontifice brachio beati Cyriaci, domum rediens, cum omni hereditate sua ad Christum confugit, construens ecclesiam, quae Geruendo de eius nomine dicitur, filijq; sui ueludam Hedwigin quam ille annis VII. habuerat a Bernhardo Haluerstaden si episcopo uelatam, eidem monasterio pfectit, consumatisq; feliciter omnibus XIII. Cal. Iulij obiit. Anno domini

DCCC. LXV. Siferdus quoque frater eius in honorem beati Viti construxit ecclesiam quae Gronnige dicitur. Hidda uero nupsit christiano marchioni qui genuit ex ea

Geronem colonnensem archiepiscopum, et Dithmarum  
 Marchionem, hi fratres et mater ipsorum defuncto patre  
 fundaverunt monasterium in honorem Dei genitricis in  
 loco qui Danemarsvelt dicitur, et est in confinio  
 castri Anhalt. congregatis ibi fratribus Deo iuxta regulam  
 beati Benedicti servientibus, et praeposito eis abbate, qui  
 Hageno dicebatur, quem etiam in primis consanguinitas  
 illustrebat. Hilda autem servanda viduitatis habens  
 propositum, et Deo deuota existens, dominica passionis locum  
 studio deuotionis petijt, ubi constituta, a rege Ierosolymo-  
 rum, quia formosa erat, adamata, in coniugium petebatur.  
 Quod ipsa fortiter contemnens, cum regis instantia gra-  
 uaretur, faciem suam pro cuius decore molestabatur,  
 dehonestare non timuit, Nasumq; sibi et truncans, ter-  
 reno amatori deformem se studuit exhibere, sciens interio-  
 ri suo decore, quo coelesti sponsa placere satagebat, nihil  
 ex illius deformitatis uicio deperire. Haec Ierosolymis  
 defuncta et sepulta est, prius uero quam moueretur, filiis  
 mandauit, locum suae nouellae plantationis Dei genitrici non  
 placere, sed eam alium eleuisse, uidelicet castrum ubi Sala et  
 Boda fluij conuenirent. Verum quia castrum idem quod  
 tunc Northringa dicebatur de hereditate fuit Geronis  
 marchionis auunculi ipsorum, quod ille totum Deo tradide-  
 rat, satis pro eo ecclesiae Gerenuode, quatuor uillis, quae  
 omnes uno nomine Polige uocantur, ipsum redemerunt.  
 Contigit autem inter haec, castrum ipsum a Sclauis transalpi-  
 nis capi, quod Dithmarus Marchio multis quidem suorū  
 perditis recuperauit, qui occisi passim ibi sepulti sunt, qui  
 etiam nostris temporibus crebro cum armis suis, ita ut nec  
 calcareibus scirent, reperiuntur. Tempore itaque Ottonis

Chron.  
 Hilda  
 Gero  
 Dithmarus M.  
 Danemarsvelt  
 Anhalt.  
 Hageno.

Hilda sibi  
 detrauit nasum.

Sala  
 Boda  
 Northring.  
 Gerode.  
 Polige.  
 Sclauj.  
 Dithmarus M.  
 Otto Imp.

Sclauorum  
 Ceter.

Secundi imperatoris, Anno dominice incarnationis  
 DCCCC LXXV. Ditmarus Marchio et Gero Coloniensis  
 archiepiscopus congregationem suam de Danemarsche  
 transiit in castrum Northringe, quod  
 nunc Nienburg dicitur, ipsamque ecclesiam, ut firmiori  
 eam stabilitate promouerent imperiali maiestati pro  
 tuenda eius libertate tradiderunt. Abbas uero ille Hage  
 no cum alijs transferri non consensit, sed Deo potius  
 in solitudine seruire uolens, in loco priori permansit.

975. anno.  
 Northring, nunc  
 Nienburg.

Urbis. Erat autem circa locum ipsum uenatio publica impera  
 toris, cum itaque imperator aliquando ad locum ipsum  
 uenaturus uenisset, ibi predictum abbatem reperit, cuius  
 audita intentione et laudata, locum quendam eiusdem  
 solitudinis ad incolendum ibi dedit ipsi, quem ille Hagen

Hagenode. rote de suo nomine appellauit. et est hodie prepositura  
 attinens ecclesie Nienburgensi. Dedit quoque imperator

Castrum  
 donationis.

Eximmisene dictum, cum CCC. mansis. quem secutus Otto tertius

Otto III. Imp.

filius ipsius dedit eidem ecclesie ciuitatem Niemeze  
 uocatam, cum omni prouincia ei attinente, quae habet  
 VII. millia mansorum. Henricus quoque huius no  
 minis secundus imperator dedit ipsi ecclesie duas

Henr. II. Imp.

ciuitates Tribus et Lubycholi dictas, istasque suas dona  
 tiones priuilegijs firmauerunt. Conratus quoque  
 secundus, et Henricus tertius imperatores praefata eccle  
 siae libertatem priuilegijs, sicut hodie uideri potest roborata  
 tam, saluam reliquerunt. Post mortem uero istorum,  
 incertum, utrum ex negligentia pralatorum, an ex  
 oppressione imperatorum proueniens consuetudo priuile

Tribus  
 Lubichol.

gijs ante datus, contraria inoleuit, ut imperatori Saxoni  
am aduenienti uiginti talenta de ipsa ecclesia redde-  
rentur. Insuper etiam regalis expeditio et administra uetur.  
Tempore uero Federici imperatoris Vnicmanus archie-  
episcopus auaricia stimulatus iniquum censum XX.  
talentorum et seruitum et eius patronatus, quod impe-  
rator in praefata ecclesia habebat, datus ei de proprietate  
sua duabus in Sueuia ciuitatibus, ab ipso redemit, saluo  
tamen omni iure, quod ecclesia in suis possessionibus usq[ue]  
ad id temporis habuisset. Hoc itaque concambio uel mer-  
catorum facto, praefatus archiepiscopus in festo palmarum  
proximo, tanquam probaturus, iuga bouum quae emerat  
Nienburg aduenit, quale uero ibi seruitum tunc ei  
exhibitum fuerit, ex eo perpendi potest, quod ipso die ad  
matutinalem comestionem quae puerorum tantum esse  
solet XV. escos procurator abbas se asseruit expendisse.  
Accepto autem hoc gustu mercatus sui, propter expensas  
copiose sibi factas, plurima ecclesiae ipsi bona superflue  
reputans, ciuitatem Neemise, et prouinciam ei adtinente,  
praeterea Tribus et Lubicholi ciuitates abstulit, easq[ue] impe-  
ratori pro prouincia quae Dame dicitur dedit, promittens  
se ablata, bonis alijs restaurare, quod tamen minime cogno-  
scitur impleuisse, uereor autem ne tanta iniuria quam  
intulit, matri Mariae, nunc sit ei causa miserae, nimirum  
pro matre filio iudicante. Consanguinitatis uero inter  
Nienburgensem et serenae montis ecclesiarum fundatores  
ratio sic est. Dithmarus marchio duxit filiam Hermann  
ducis de Lunenburg Suanebildam nomine, ex qua genuit  
Geronem marchionem, Gero genuit Dithmarum, Dithma-  
rus genuit Othonem, qui sine liberis obiit, et in eo poste-

Wicmang.

Nimise.  
Tribus.  
Lubicholi.  
Dame.

Dithmarus.  
Suanebildam  
Gero M.  
Dithmarus.  
Otho



ritatis propagatio cessavit. At omnes provincie Lusi-  
censis marchiones fuerunt, quae nunc orientalis  
marchia uocatur. *Lufaha*  
Othonis marchionis meminit  
scriptura passionis beati Adelberti, ubi dicitur Otho  
pupnam marchio lacris vexillis terga uexit.

Mortuo Ditbmaro primo, suanibilitis eius relicta,  
*Suanhildis V. Echnoz* nupsit ERKebardo marchione, filio Gotharij mar-  
chionis de Turingia, qui Nuenburgensem funda-  
*Namburg* uit episcopatum, qui genuit ex ea plures filios et  
filias. Vnam filiarum eius, quae ex matre sorore fuit  
*Theodoz. Mechtildis* Geronis marchionis, Mechtildem nomine, duxit Tideri-  
cus comes, genuitq; ex ea Thimonem comitem et  
*Thimon* fratres eius, Thymon uero genuit Dedonem comitem  
*Pedo. Conradg.* et Conradum marchionem ecclesiae serenae montis  
fundatores.

M. C. LXXII.

Eclipsis lunae facta est in octaua epiphaniae in  
plenilunio, et luna per quatuor fere horas non  
apparuit. *Eclipsis D.*

In Februario caetera micuerunt fulgura. *Fulgura.*  
*Ludowig Landt. G.* Ludouicus Landgrauus obiit.

M. C. LXXIII.

*Ludowig G. Hermann G.* Ludouicus Monasteriensis episcopus obiit, cui succes-  
sit Hermannus de choro Wirceburensi.

*Willimig G. Sifard G.* Willimarus Brandeburgensis episcopus obiit, cui succes-  
sit Siferdus Adelberti marchionis filius, de ecclesia  
sanctae Mariae Magdalene.

*Volradus de Guier* Volradus de Guier collecta Transnonensium militum  
*Guier*

copia ad Purne uenit uillam, ipsam despoliaturus, quibus Fredericus, comes de Brene, et Conradus comes, filius Tiderici marchionis, cum paucis superuenientes, opprobriose eos fugere compulerunt, multis eorum uulneratis, pluribus uero captis. Hoc accidit XV. Cal. Februarij.

primus.  
Fridricus  
Conradus  
Tidericus.

M. C. LXXIII.

Longobardia  
Lombardia.

Imperator post assumptionem sancte Mariae Longobardiam cum exercitu intravit.

EKkehardus seueri montis praepositus, destructo ueteri sanctuario, quod pro sui breuitate, congregationi erat inconueniens. Nam ubi modo chorum intrantes ad praedus inclinant, ibi ante manus erat altare, eam partem monasterij quae est ab arca eius sursum, edificare aggressus est. Ad huius operis promotionem Otto Misnensis marchio, aduocatus ecclesiae, duo iuga bouum, et carrea tam ferri, et centum modios feruenti, et decem marcas annis singulis, donec consumaretur, de suis redditibus deputauit. Dudo comes de Grois monasterium Cillense in honorem dei genitricis fundauit, cui primus praefuit Tidericus seueri montis canonicus, ab EKkehardo praeposito missus, cui praefatus comes ipsam ecclesiam commiserat promouendam.

Otto M.

Dudo C. de  
Grois  
Cillense.

M. C. LXXV.

Henricus dux Aschelone incendit. Landgrauus castrum Helpe de insidijs circumuentum cepit. Conradus comes, filius Tiderici marchionis in exercitu mili.

Aschelone.  
Helpe  
capit.

Conradus  
comes.

tati, quod vulgo tournamentum uocatur, lancea. Ictu  
 occisus est XV. Cal. Decembris. Tantiſſimum autem  
 idem pestifer ludus in partibus nostris tunc inoleuerat  
 ut infra unum annum XVI. in eo referantur milites  
 periſſe. Pro qua re Vuirchmanus archiepiscopus, omnes  
 eius frequentatores excommunicationis uirtulo inno-  
 dauit. Comperta autem praefati comitis morte tunc  
 in fustera partibus constitutus, missis nuncijs eum a  
 sepultura praecipit ecclesiastica separari. Tempore uero  
 procedente cum archiepiscopus idem conuocatis suffraga-  
 neis suis, cum magna cleri frequentia, conuentum  
 in Hallensi ecclesia haberet, Pater occisi comitis, et  
 fratres eius, Otſo uidelicet Misnensis marchio, Dedo  
 comes de Gvoiz, Henricus comes de Kuchin, et Frideri-  
 cus comes de Brene, cum multis nobilibus uiris et  
 ministerialibus aduenientes, petibus archiepiscopi ac  
 totius cleri cum magno erulatu et lacrimis prouol-  
 uuntur, postulantes, ut occiso communionem concede-  
 ret fidelium sepulturae, asserentes constanter eum  
 ante finem suum poenitentem, et absolutum communi-  
 one dominici corporis meruisse. Cum enim comes  
 idem uulnere debilitatus iaceret, contigit sacerdotem  
 quendam religiosum transire, qui petentibus amicis  
 eius, ad uulneratum accedens, magna ab ipso instan-  
 tia rogatus est, ut poenitentiam eius et confessionem  
 admitteret, et a uinculo eum excommunicationis absol-  
 ueret, fideliter promittens si diuina ei misericordia  
 uitae spacium largiretur, nunquam se de cetero tali  
 causa, excommunicationis sententiam meriturum, quin  
 potius et de hoc, et de alijs suis peccatis, Deum sibi

Wismang.

Vnus ludorum equis  
 Animum uoluit.

Marchio cum  
 fratribus et nobilibus  
 Et sic supplicat  
 pro sepultura  
 filij.

modis omnibus placaturum. Super hoc autem ad mili-  
tandum Deo, cruce signari devotè petijt, ut eius contem-  
tu manifestius appareret. Sacerdos uerò ille cordis  
in eo contempti signa percipiens confessione eius audita  
et poenitentia iniuncta, ab excommunicationis nodo  
eum absoluit, sicq; reconciliatum, dominice corporis  
participem faciens, sicut peherat cruce signavit. Qui  
bus peractis post modicum defunctus est. Cum itaque  
hæc principes prædicti coram archiepiscopo et clero  
assererent, sacerdos horum omnium executor, cum  
hic præsens esset, iuramento hæc confirmare, ut nulla  
remaneret dubitas, rogabatur, quod ille alacriter ad-  
implevit. Ipsi præterea principes exigente hoc ab  
eis archiepiscopo in reliquis iurauerunt à tornamen-  
to in perpetuum abstinere, nec usquam in omni  
ditione sua huiusmodi exercitum permittere,  
hominesq; suos et ministeriales ab eo modis omnibus  
coërcere. Sicq; demum archiepiscopus, mortuo  
sepulturam concessit, salva tamen sedis apostolica  
auctoritate. Unde factum est ut tam diu sepultura  
caveret, donec unus militum familiaris eius Vuerenbe-  
rus nomine, consensum de hoc summi pontificis repo-  
taxet, qui etiam transmariam peregrinationem pro  
ipso postmodum peragens, fideli se ei manifestis indi-  
cijs declaravit. Sepultus est autem in Sereno monte  
XV. Cal. Februarij, ante introitum ecclesie maioris  
occidentalem, iuxta quem etiam Vuerenberus idem  
postmodum tumulatus est. Obtulit autem Tibericus  
marchio pro anima filij sui beato Petro decem mansos  
in uilla

Whitney.

5-

Moguntiam in uilla qua Marcpreuentorff appellatur  
desf.

M. C. LXXVI.

Imperator in Longobardis confligens uictoriam perdidit,  
licet multos eorum interfecisset.

Imp. in Longobardia  
uincit.

M. C. LXXVII.

Alexander Papa in uigilia beati Iacobi presentibus cardina-  
libus, et infinita multitudine episcoporum et abbatum, et  
principum secularium et populorum, Venetijs ante mona-  
sterium sancti Marci, imperatorem in osculo reconciliati-  
onis suscepit, mortuo iam Paschali antipapa, et Ioanne  
qui et successerat deposito, et hac dies reconciliationis ab  
ipso papa et imperatore et clero et populo sollemnissime  
peracta est. Huius autem concordiae reformandae, prae-  
cipuus cooperator fuit, Vuichmanus archiepiscopus, cuius  
industria, imperatoris animositas ad tantam mansuetu-  
dinem deducta est, ut in condemnationem erroris sui,  
coram summi pontificis pedibus prosterneretur. Tertius  
autem, quod cum subleuandi eum papa moram faceret,  
Tibericus orientalis Marchio, qui cum imperatore aderat,  
quasi cum querela et reargutione exclamauit, cur  
imperiale dignitatem tanta iniuria subiret.

Imp. papa  
reconciliatus.

Audax Epus et  
petulantis papa.  
Imp. humilis.  
Marchio liberans.

Papa uero idioma teutonicum non intelligens, inquiri-  
uit quid diceret Alemanus. Quod cum didicisset festinus  
accedens, imperatorem subleuauit et ad oculum suum  
rexit. Sequenti die concilio celebrato schismaticos  
omnes, et a schismaticis ordinatos anatematizauit, depositos  
quaque sui causa in gradum pristinum restituit.

Christianum intensum Mogontiensem mediante impe-

ratore confirmavit. Concordium vero Salzbургensem ecclesia profecit. Vlcicum Haluerstatensem Gerone deposito restituit. Inter Vlcicum episcopum et Henricum ducem grauis discordia exorta est.

Concordy.  
Vlcig.  
Gron.  
Hmwig J.

Castrum Horeneburg ab hominibus ducis, funditus euer-  
titur

M. C. LXXVIII.

Alexander papa à Moguntense, et Vuormaciense, alijsq; pluribus episcopis et principibus, et uiris nobilibus, quos imperatore cum ipso dixerat, Romam reductus, honorifice susceptus est.

Alexander

Philippus Coloniensis archiepiscopus, cum infinita multitudine, ad repetendam hereditatem comitis de Assese sui nepotis, et Christiani comitis de Aldenburg, contra Henricum ducem, uenit, sed Vurchmanus archiepiscopus multo labore pacem interponens reformavit.

pax conphicis  
hic

philippus.  
Com. de  
Assese.  
Chr. Com. de  
Aldenburg.

Vlcicus Haluerstatensis episcopus, auxilio Othonis Misnensis marchionis, et Bernhardi comitis, urbem nouam in quodam monte prope Haluerstat construxit.

Uebs  
noua.

Concilium. Generale concilium ab Alexandro papa indicitur.

M. C. LXXIX.

Concilium generale Romae celebratum est ab Alexandro papa, cui interfuerunt patriarchae tres, Archiepiscopi, et episcopi, et abbates, diuersarum prouinciarum, millenarium numerum excedentes. Aliorum uero clericorum innumerabilis multitudo.

Castrum Horeneburg reaedificatum est.

Horeneburg.

Incidium Hal. Civitas Haluerstat ab hominibus Henrici ducis cum omnibus monasterijs et ecclesijs exusta est, in quo incen-

Incidium Hal.  
hic

die tres maiores ecclesie canonici, pluresq; presbyteri, aliorum clericorum, et scholarium magna multitudo, Laicorum autem tam uirorum quam foeminarum exceptis pueris, mille et eo amplius, qui dignosci non poterant, perierunt.

Exusio.

Sclauj.  
Pomeranij.  
Julis borch.  
Cruma.

Sclauj Libeuuizen, et Pomerani, uocatione ducis Henrici prouinciam Lufibock inuaserunt, ipsam uastata et multis interfectis, plures captiuos, uiros & foeminas abduxerunt. Abbas etiam monasterij quod Cruma dicitur qui et primus fuit, tunc interfectus est

Henricus D.  
die vij. Julij.

Calue.  
Vrost.

Henricus dux, Calue, et inde prouinciam totam usque Vrose, incendio uastauit.

M. C. LXXX

Ulricus Haluerstadensis episcopus a duce Henrico captiuatus, multis pro absolute sua et suorum fœdis concessis, et iuramento firmatis, dimissus est, et ad sedem propriam reuersus. Verum omnia quae iurauerat, apostolica ~~scilicet~~ simul et impexiali auctoritate, tanquam uiolenter extorta, irrita fieri iussa sunt.

Ulricus Ep.  
rehabilit.

Imperator in octaua Epiphania Hexipoli curiam celebrauit, ad quam Henricus dux tertio uocatus, uenire temnit, quamobrem ex sententia omnium principum reus maiestatis damnatus est, omnisq; hereditaria proprietas, et beneficiaria possessio abuldicata est, horum uero malorum causa fuit quic, superbia ipseus, fertur enim, quod cum imperatore Melolanum obsideret, uerbis suis iam ualde atteritis, principes Saxonia ad locum

Comitia  
Hexipoli.

Henricus Dux  
profratibus, ut  
rebellis, et  
Contumax.

Bartenkirke  
et.

qui Bartenkirke dicitur, et est in introitu Alprum, euocauit, et ut negocijs suis auxilium ferrent, rogauit.

omnibus autem alijs hoc alacriter spondentibus, dux licet  
in periculis expeditionibus fidem se ei exhibuisset.

Henricus contra  
Imp. speravit.

hac tamen vice, quia iam cum Longobardis contra  
imperatorem conspirauerat, suum ei proorsus auxili-  
um denegauit. Imperator uero cum tanta et humi-  
litate supplicauit, ut etiam petitis eius prosterueretur,  
cum quidem ille eum negligens, nec iacentem attolle-  
ret, nec in eo quod petebatur aliquatenus consentiret.  
quod factum, otium ei imperatoris acquisiuit, et utrum  
iuste san inuiste, lector iudicet. Præter hæc autem in-

Marchia  
uastata a  
Sclauis.

ductu eius Sclauis prouinciam Tiderici marchionis  
ingressi, usque Lubin omnia uastauerunt. Cuidam  
uero ministerialium eius ad resistendum collecti, a  
Sclauis fugati, nonnulli capti, plures etiam occisi sunt,  
inter quos et Tidericus de Berestorf occisus, XIII. Cal.  
Octob., in sereno monte sepultus est. Huius itaque uul-  
neris dolore marchio stimulatus, ducem tanquam qui

Henricus pro  
curat ad du-  
ellum.

contra imperatorem coniuuasset, ad duellum coram  
imperatore sæpius prouocabat, sed ille male sibi conscius  
imperatoris præsentiam declinabat.

Siferchus Brandenburgensis episcopus, filius Adalberti  
marchionis, Gelenzuren coram legatis apostolicis ad ar-  
chiepiscopatum Bremensem translatus est, feater quoque eius

Ducatus Saxonie  
recoffectus.

Bernhardus comes ducatum Saxonie ab imperatore  
obtinnit. Ludouicus quoque Lantgrauus Thuringie,  
comes palatinus effectus est.

Henricus Saxo-  
niam impetit.

Henricus dux congregato exercitu Saxoniam aggredi  
tur, primumq; in iniuriam imperatoris, folles Gosla-  
riensium incidit, officinas operis eorum destruxit, in  
posterumq; ciues fame, multisq; alijs modis afflixit.

Tiderici  
Lubin.  
Tiderici  
Berestorf

Siferchus  
Gelenzuren  
Bremensem  
Lantgrauus  
Thuringie

Goslar



cui Ludouicus Lantgrauus et Bernhardus dux occurrens, cum militibus, quos colligere in instanti poterant, eiq; congressi, uictoriam perdidit. Ludouicus Lantgrauus et frater eius cum CCC. et amplius, militibus capti sunt. Bernhardus dux cum ceteris fuga lapsus est.

Lantgrauus et  
Saxonice dux  
signat ab Hm.  
no.

Castrum Northusen et monasterium Sanctimonialium in eo situm, igne consumptum est.

Incolium Northusen

Sefridus abbas sancti Iohannis Baptista Magdeburgi et Nienburgi, ad Hirsueldensem abbatiam electus est, cui in ecclesia Magdeburgensi successit Henricus ipsius ecclesie filius: in Nienburgensi uero Herdenricus.

Imperator post festum sancti Iacobi cum orientalibus, et Saxonia principibus, Henricum ducem aggreditur, et castrum Lichtenberg obsessum ad deditionem coegit.

Fridricus  
Imp. Hm. a  
bellum facit.

Vlricus Haluerstadiensis episcopus obiit, cui successit Henricus de Crecuc ipsius ecclesie canonicus. Plurimi fantorum ducis, in castris quae tenebant timore imperatoris ipsi se tradiderunt. Imperator duas urbes edificare coepit, unam in monte, qui dicitur Bisbour, hert, quae ab episcopo Vlrico incoepa erat, et intermissa: alteram quae Hartsburg dicitur, quae olim ab imperatore Henrico V. edificata, et a Saxonibus destituta est. Eodem tempore tradiderunt ei ministeriales ducis has urbes, Heimenturg, Leuenberg, Reginstein, et alias plures. Imperator uero a Saxonia tunc recedens in nativitate sanctae Mariae, statuto in Bauaria nouo duce, circa festum sancti Martini disposuit redire. Dux autem absente imperatore collectis uiribus suis

Magdeburg  
Hirsfeld  
Nienburg  
Lichtenberg  
Haluerstadt  
Crecuc  
Bisbour  
Hertsburg  
Heimenturg  
Leuenberg  
Reginstein

*Henricus ad/mir  
Imp! non cessat.*

urbem comitis Adolphi Sigeberg deo cepit, cum pacem  
iuramento firmasset, et uelut confederatus in castro  
receptus fuisset. Dehinc expulsa matre comitis, et qui  
cum ipsa erant, urbem suis fidelibus communiuit.

*Imp! in Saxo-  
niam redit.*

Imperatori reuerso in Saxoniam, Hircesberg, Stoupen-  
burg, uixi etiam nobiles de Wualtingeroth, de Sebart  
uelte, de Dannesberg, et de Ilenelt, se cum castris suis ei  
tradiderunt.

Caramarus Sclauorum princeps repentina morte defun-  
ctus est.

*Hircesberg*

*Stoupen-  
burg*

*Wualtinge-  
roth*

*Scharf-  
feld*

*Caramarus*

### M. C. LXXXI.

*Haldiflous  
obsidetur.*

Vnicmanus archiepiscopus Haldiflous civitatem, secun-  
da obsidione uallauit, priori ex huiusmodi occasione  
soluta. Civitas eadem in palude edificata erat triplici  
uallo, et muro forte munita, palus autem circa cui-  
tatem porrecta, non patens, sed sub cespite latens erat, et  
cespes ipse non solidus, sed uestigijs cedens, quasi inue-  
sionem, desuper ambulantes, minabatur. Super hunc  
machina multe diuersi generis, multo labore, et sum-  
ptibus magnis ad capiendam civitatem construebantur.  
Interim uero hi qui obsesi fuerant, stultum iudicantes,  
nihil per se agere, quoniam huiusmodi materies flam-  
mae admodum capax est, cespitem ex ea parte, qua  
extrema ciuitatis uallo iungebatur, obsessores igno-  
rantibus incenderunt, ignis autem subteruano meatu  
serpens, cito delatus est, qui cum ad locum machina-  
rum uenisset, cespes subter igne exesus molem supposi-  
tam ferre non ualens, repente subdidit, totaq; illa stru-  
ctura cadendo secuta, copiosum ignis pabulum ministrari  
uit, qui etiam plurimi in huiusmodi cavernis reu-

*Haldiflous*

*Niemang.*

*Oppidanorum  
indignitas.*

entes, in igne debilitabantur. Philippus etiam coloni-  
 ensis archiepiscopus huic obsidioni fortis auxiliator  
 accesserat, quatuor enim ut fertur, loricatorum  
 millia habebat, viribusque suis confusus alicuius domina-  
 tionis in hoc negotio præ cæteris principibus, qui si-  
 mul aderant, sibi arrogabat. Ideoque orientales prin-  
 cipes, Otto videlicet Misnensis Marchio, et fratres eius,  
 factum eius agere ferentes, cum suis omnibus recesserunt,  
 uolentes maxime discessione sua insultum ei  
 hostium provocare, quod tamen non euenit, quateriduo  
 enim post eos remansit, et sic demum nullo se impe-  
 tente ad propria remeavit. Vurchmannus autem  
 archiepiscopus et machinarum perditione, et auxili-  
 atorum discessione debilitatus, obsidione soluta, recessit.  
 Verum hi qui in ciuitate erant, adhuc si possent eam  
 amplius munire cogitabant, cum enim fluuius Odra  
 ex una eam parte præterfluens ualde muniret,  
 alium tamen fluuiolum, qui Bynera dicitur, ad alte-  
 ram eius partem deuiantes, inaccessibilem penitus  
 reddiderunt, aquis enim circumquaque stagnantibus,  
 quasi insula uidebatur, sed hæc res ciuitati perdi-  
 tionem procurauit, deprehensum est enim ex hoc,  
 situ terræ considerato, quod si decursus aquarum  
 appere rallo prohiberetur, ciuitas aquis sursum crescen-  
 tius mergeretur, hoc etiam ad obsidionem episcopum  
 mox reuocauit. Labore itaque maximo infra tres  
 menses et duas hebdomadas appere consummato, in-  
 tantum aqua excreuit, ut pene super muros ciui-  
 tatis influeret. Tunc demum episcopus naues armato,

Episcopi factus  
 intendentis est  
 Marchionis.

Coloniam si infra  
 du domum subit.

Oppidans est Odra-  
 sum, quod sua defen-  
 sionis causa excogita-  
 tant.

Aggreb. aqua  
 impedita.

Philippus Ep.

Otto Marc.  
Misn.

Odra.

Bynna.

Haldstow  
marchio.

rum plenas civitati iussit applicari. Obsessi autem  
et iam captivi rebus suis desperatis pacem ab ipso  
petierunt, et salvis rebus suis et corporibus, civita-  
tem ipsius tradiderunt potestati, quod consecuti, bono  
omine discesserunt. Episcopus vero civitate potius  
eam funditus evertit, utile nimis opus perficiens, et  
valde suis posteris profuturum. Inde Magdeburg  
rediens, cum magno gaudio cleri et populi, et divi-  
nis laudibus est susceptus.

Henricus comes de Vurhin, filius Conradi marchionis <sup>Hartig W. Com. S.</sup>  
obiit xii. Cal. Septembris, sepultusq; est in sereno mon-  
te ad sinistram patris sui.

Federicus comes de Brene filius Conradi Marchionis <sup>Fridryg Ben. Com. S.</sup>  
obiit pridie Non. Ianuarij, sepultus et ipse in sece-  
no monte, post patrem suum ad occidentem.

M. C. LXXXII.

Dedicatum est altare in septentrionali parte maioris  
ecclesie sereni montis ab Hugberto venerabili Havel <sup>Hugbery.</sup>  
burgensi episcopo, in honorem sancti Iohannis apostoli, et  
evangelistae. Cal. Augusti.

Heidenricus, xiiii. Hallensis ecclesie prepositus obiit <sup>Hartig S.</sup>  
xiii. Idus Jul. Sedit annis xxiiii. mensibus vi. diebus <sup>Arnoldy S.</sup>  
ii. hunc successit Arnoldus eiusdem ecclesie canonicus.

M. C. LXXXIII.

Dedicatum est oratorium in austuali plaga chori, Cal.  
Augusti, in honorem Dei genitricis a Vurchmano Magde <sup>Wiemang.</sup>

burgense archiepiscopo.

Henricus rex, filius imperatoris pro sopienda discordia  
qua inter Conradum Moguntensem archiepiscopum, et  
Lutouicum Lantpraurum Turingia trahelatur, Exfordi  
am uenit, ubi cum prefatis principibus et alijs uiris  
nobilibus ipsum negocium die beati Jacobi tractabat. Domus  
uero prepositi ecclesie dei genitricis, in qua conuenerant,  
tribus mansionibus super se uicissim edificatis, distincta  
erat, in cuius superiori parte colloquium agebatur, pluri-  
mis autem ad audiendum ingressis, domus multitudinis  
pondere uicta, ruptis trabibus repente subedit, aliamq[ue]  
subter positam deiciens, plurimos superstantium ad casum  
traxit, ex quibus nonnulli casu uexati, quidam uero  
mortui sunt, quorum haec sunt nomina. Federicus

Henricus Imp. f.  
Disidij compositio.

Ruina Cefraclensis.  
p. 58.

Frid. Com. de  
Ansb. comes  
H. Schering  
Magis.  
Ciphanij.  
Wartburgij.  
Krichbergij.  
Meldingij.  
Vatode.  
Langenauij.

comes de Anenberge, Henricus comes de Schartburg,  
si duo in cloaca qua exat in extrema parte domus,  
merse sunt. Gormarus comes de Cigenbagen, Ludo-  
uicus comes de Yuartsherp, Gormarus comes de  
Krichberg, Beringerus de Meldinge iste fuit mini-  
sterialis, et quidam ciuitatis officialis, qui Veribode dice-  
tur. Rex autem et episcopus qui in fenestra  
domus conederant ruina periculum euaserunt,  
schalisq[ue] applicatis deposite sunt. Lantpraurus quidem  
ruinae particeps fuit, sed sine lesione permansit.

M. C. LXXXIIII.

Cal. Augusti, secundo dedicatum est monasterium  
sereni montis in honorem beati Petri apostoli, ab  
Eneuhardo Mersburgense episcopo, Hugoberto Havel-  
burgense, et Baldeuamo Brudeburgense episcopis,

Mersburgij.  
Havelburgij.  
Brudeburgij.

ipso die dedicatum est altare in septentrionali parte  
choei a prefato Mersburgense episcopo in honorem sancti  
Iohannis Baptista.

Et anno imperator in pentecoste, festivitatem magnam  
Moguntia celebrauit, in qua Henricum regem filium  
suum militem fecit, multis illuc principibus conuocatis.  
Ibi Thidericus orientalis marchio filius Conradi marcho  
nis agilitudinem incurrit, qua longo tempore detentus  
est, in uigilia uero beati Thome in montem serenum  
adductus, in infirmitate claustris decumbens, in praesentem  
te eadem molestia v. Id. Februarij defunctus est. Hic ab  
uxore sua qua sorore erat Meseconis ducis Poloniae Dober  
gana nomine, qua et Luuardis uocabatur, de qua filios  
susceperat, Conradum comitem et Gertrudim Gerbestatense  
monacham, longo tempore separatus; aliam Cunegundam  
nomine, comitissam, uiduam Bernhardi de Plezke quasi  
superduxerat, ex qua genuit Thidericum Mersburgensem  
episcopum. Hic etiam parochiam in Hileburg, et  
capellam eiusdem castri, qua in honorem beati Petri conse-  
crata est, ad quam pertinet Culsoe uilla, Vuelperde uilla,  
Nenneuize uilla, et quinque mansi in Rite, ecclesie  
Sereni montis contulit, recipiens in concambio uillam  
Numick cum parochijs suis, quas tamen parochias cum  
sex mansi in decimatione beato Petro restituit, exceptis  
turribus maioris ecclesie, quas et uillam Numick Con-  
rado de Mosse etiam uxori et filijs eius iure feudi  
concessit. Molendinum etiam super fluum Mildam,  
in uilla qua Groitz dicitur prefata ecclesie dedit. Cui  
tatem Schildoe in fundo ipsius ecclesie edificauit, et in  
adiacentibus uillis LX. ut fertur, mansos de proprietate  
eius abstulit, quos tamen CXXX. mansi siluae ad nigra

Felicitas Mogun.  
ho.

Schiff Merggoffen  
2. 1. 1184  
Magni fons  
1184.

et silua qua Luch  
dicitur, et duo mo-  
lendina. Gostemize  
uilla

et silua qua Luch  
dicitur, et duo mo-  
lendina. Gostemize  
uilla

Groitz in der  
Milde  
Schildoe in  
fund.

Tideric M  
S. 1184

Dobregma  
Luuardis  
Cunegundis.

Conradus C.  
Gertrudis.

Bernh. de  
Plezke.

Thideric ep  
Hileburg.

Culsoe.  
Luch.

Gostemize  
Vuelperde

Nenneuize  
Rite.

Numick.

Conrad de  
Mosse.

Milda fl.  
Groitz.  
Schildoe.

Alaſtra. Alaſtram reſtauravit. Affectu autem magno EKKe-  
 bardum præpoſitum et feateres ſereni montis excoluit,  
 quæ res eos à provincialium infeſtatione maximè tue-  
 batur, unde etiam idem præpoſitus inter cætera, quibus  
 potestatis ei obſequioſus erat, vineam minorem in Pote,  
 genit, quæ marchionis vocatur, ad ipſius uſus,  
 annis ſingulis excolebat, quæ tamen eo defuncto ad ec-  
 cleſiam reuerſa eſt. Dedit etiam beato Petro,  
 doſale quoddam magnum, et duas marcas et dimidi-  
 am auxi ad opus calicis unius, qui poſtmodum à  
 vicijs C. comite Vrico de Vutin apud Iudæos Hallis impigno-  
 ratis, cum quidam civitatis ipſius eosdem Iudæos lateo-  
 cino inuaſiſſent, interfecto qui eum habebat, cum rebus  
 alijs ablatus eſt. Ottho etiam Miſnensis marchio  
 et Dedo comes, feateres marchionis prædicti ad  
 comparandos terram talentorum reditus pro anima  
 ipſius LX. marcas promiſerunt, cuius pecunia  
 partem mediam Ottho marchio ſtatim ſoluit. Poſt-  
 modum autem cum EKKeſardus præpoſitus reditus  
 quorſdam in uilla Kokeræ à Dedone tunc orientali  
 marchione emeret, quam uillam ille ab eccleſia Pega-  
 uenſe redemerat. Idem marchio de pecunia ſibi  
 promiſa xxx. marcas eccleſia et præpoſito relaxa-  
 rat. Sepultus eſt autem Tidericus marchio poſt patrem  
 ſuum in dextera Federici comitis, fratris ſui. Hic  
 fundavit eccleſiam Cisterciensis ordinis, in loco qui  
 Deberlug. Deberluge dicitur, anno M. C. Caſtrum etiam, quot  
 Landſburg. Landſburg dicitur, conſtruxit.

Calix oppignus.

Redemptio animarum.

Marggert Luthig in Deberlug.

Deberlugis go. rittet.

Stoff Luthig geland.

M. C. LXXXV.

Cal. Augusti dedicatum est altare sancta crucis, in

sereno monte à Vrichmano archiepiscopo. Wiemay  
Arnoldy  
Arnoldus Hallensis ecclesie præpositus uix bonus, et  
secundum Deum simplicitati studens, à seculi actionibus,  
quantum posset abstinens, esse decreuerat, sapientiamq[ue]  
mundi, quæ nimirum apud Deum stulticia est, negligens,  
ueram sapientiam sectari studerat, de qua dictum noue-  
rat, Qui minorebitur actu, inueniet eam. Pro qua  
re ei tanquam desidi, et commissa administrationi  
minus idoneo, quidam de fratribus suis apud archie-  
piscopum detrahebant, nec erat inefficax derogatio eorum  
quia episcopus alium de fratribus Hugoldum, curie Hugoldi  
sue capellanum, in locum præpositi substituendi,  
tamdiu habens propositum, ut tædium ipsi  
faceret, prauem se ei in causis quibuslibet ex-  
hibebat. Derogantes autem illi, episcopi proposito con-  
cordantes, promotionem Hugoldi modis omnibus adiu-  
uabant, ita ut etiam incantationes, et horribilia quædam  
arcana, negocij promouendi causa, tentare non ab-  
horreant, duce uis matre ipsius Hugoldi, quæ usum  
talium et peritiam habere ferebatur. Iusto Dei iudi-  
cio ad hanc deuoluti miseriam, ut qui talem  
uicium, qualis non nisi à Deo datur, pie quærentibus,  
contempsissent, in quærendo alio, non Dei, sed aduersarij  
se sperarent auxilio gubernari. Præpositus autem  
satis ostendens, dominandi cupiditatem nequaquam sibi  
dominari, cito uoluntate episcopi satisfecit, resignatq[ue]  
administrationis officio, ad priuatæ uitæ quietem persti-  
nam est reuersus. Non autem ei successit alius,  
nisi is, quem fratres illi, talibus quibus dictum est studijs  
meruerunt.



## M. C. LXXXVI.

Vlt. 8. Vto Cicensis episcopus obiit, cui successit Bertholdus  
 hntly 5. Nuenburgensis ecclesie canonicus.

Imperator malam uoluntatem circa se episcoporum  
 teutonorum intelligens, Vuormacie eos euocans,  
 machinationem contra imperium eis obiecit: sed  
 illi negantes, iuramento se praeter Moguntium pur-  
 gauerunt. Coloniensis autem nec uenit, nec per  
 alium pro se satisfecit. Imperator offensus curia  
 et Steateburg super expurgatione indixit.

Wormacie accusat  
 Epi. et Ing.

## M. C. LXXXVII.

Urbanus. Pax inter Urbanum papam et imperatorem refo-  
 mata est.

Saladinus. Saladinus rex Damasci, Aegypti et Syriae cum  
 multitudine infinita paganorum terram Ierosolymi-  
 tanam intrauit, cui occurrit patriarcha et rex Iero-  
 solymorum cum templarijs et hospitalarijs militibus,  
 et alijs episcopis terrae, et omni exercitu christiano-  
 rum, crucem domini habentes in comitatu. Diuino  
 autem iudicio christiani uicti sunt, patriarcha, rex  
 et episcopi multi cum toto fere exercitu occisi sunt,  
 et terra domini capta est. Saladinus autem  
 uictore totam terram obtinuit, solam ciuitatem Tyrum,  
 filius marchionis de Monte ferrato, de Constantinopoli  
 adueniens, saluauit.

Rex Damasci terra  
 Ierusalem uictus.

Urbanus 8. Urbanus papa obiit, cui successit Gregorius cancella-  
 rius hic imperatori et principibus pro adiutorio  
 terrae sanctae nuncios misit.

Henricus 8. Henricus iunior comes de Vichin, filius Henrici  
 hntly 8. filij Conradi marchionis obiit V. Idus Ianuarij

Geneckenstein. Sepultus vero est in sereno monte ad <sup>Gmunden</sup>  
sinistram patris sui, pro eo oblata est beato Petro  
villa Terni, iuxta villam Numick, cum VIII. <sup>Terni</sup>  
mansis, quam Otto comes de Brene à Vualthero <sup>Numick</sup>  
preposito redemit, reditibus in villa Chleuun, pro <sup>Chleuun</sup>  
ipsa aequivalentibus restituis.

M. C. LXXXVIII.

Comitia Mo-  
guntia.

Imperator pro legatione papae, pro adiutorio terra  
sanctae curiam Moguntiae celebravit, ubi coloniensis  
archiepiscopus, gratiam imperatoris, se et civitate sua  
omni conditione remota, traditis, obtinuit.

Expedi-  
tio in  
Oriente.

Imperator in praesentia Albanensis episcopi, legati sum <sup>Albanensis</sup>  
mi pontificis, deinde filius eius dux Suevia, Langova-  
rus et multi episcopi, duces et comites, cum quatu-  
or millibus virorum electorum cruce signati sunt.  
Expedi-  
tio autem in annum integrum dilata est, et  
in die beati Georgij Responsa constituta.

Incendium  
Magdeburgi.

Civitas Magdeburgensis in vigilia pentecostes pene  
tota exusta est, monasteria etiam sancta Mariae  
et sancti Sebastiani cum parochijs et capellis XII  
exusta sunt.

Marchio Otto  
à filio captus.

Otto sereni montis canonicus, ecclesia Gerbestadensis <sup>Otto</sup>  
prepositus efficitur.

Otto Misnensis marchio à filio suo Alberto captiva-  
tus est, pro causa huiusmodi. Cum esset duorum <sup>Otto</sup>  
pater filiorum Alberti et Tidexici, Albertum <sup>Hadwigi</sup>  
qui maiore natu erat marchionem post se ordina-  
verat, iuniori sufficientibus satis, reditibus alijs de-  
putatis. Mater vero iunioem plus diligens, marito  
persuadere conata est, ut feuda quae meliora habebat,

Albicus.  
Tidexig.

ipsi assignaret, ad postremum etiam, ut testame-  
 to mutato, ordinationem de seniore factam, in iu-  
 norem transferret, ad quod cum Marchio inclina-  
 tus hoc facere intendere, hoc comperto seniore  
 filius, consilio ut fertur, Bernhaldi ducis, avunculi  
 sui et aliorum quorundam parentum et amicorum,  
 fideliumque suorum, patrem captum in castro Deuvin  
 detinuit, testamenti prioris ab eo exigens confirma-  
 tionem, deputatis ei custodibus, quorum unus fuit  
 Conradus comes, filius Detonis Marchionis, fratris  
 Othonis marchionis, unde etiam presumptum est  
 ipsum Detonem captivationis eius conscium fuisse.  
 Imperator vero rem gestam audiens, graviter  
 accepit, certumque erat, quod morte Alberti factum,  
 vindicaturus fuisset, nisi cum peregrinationis suae  
 promovenda intentione prohibuisset. Missa tamen  
 legatione, et sub obtentu gratiae suae precepit, ut  
 patrem a captivitate relaxaret, monens etiam patrem,  
 ut dissimulato dolore in gratiam suam, filium reuo-  
 caret, filio vero suo Henrico regi iniunxit sollicitè,  
 ne facti detestandi negligeret ultionem. Sicque mar-  
 chio solutus est, thesauris suis, quos plurimos habe-  
 bat à filio, ex parte iam maxima devastatis.

Alberti confirmatio  
 contra iniuriam  
 patris.

M. C. LXXIX.

Imperator Henrico regi, filio suo, imperij procu-  
 ratione relicta, peregrinis, iuxta conditum die beati  
 Georgii Rathspone collectis, inde cum ipsis per Austri-  
 am et Ungariam profectus, in octava apostolorum  
 Danubium transiit, ubi Ungarorum et Graecorum  
 regnum devictum, ubi in ripa fluminis, tentorijs

Expediti  
 Imperatoris.

fixus, exercitum diebus aliquot requiescere fecit,  
deinde Bulgariam maximis impetibus laboribus  
Græciam intrauit. Rex autem Græciae Kyrsach  
nomine, Saladino regi Papanorum contra Christianos  
confederatus, receptis ab eo DCCCC. sagittarijs Turcis  
in auxilium, imperatorem à transitu regni sui  
prohibere modis omnibus intendebat, licet pax inter  
eos iuramento firmata fuisset, et primo quidem  
transseuntes siluam Bulgarorum peregrinos, latroci-  
nijs tam diurnis quam nocturnis impetens, multis  
eos malis affecit, ad extremum uero fines Græco-  
rum ingressos bello manifesto inuasit, propterea quod  
imperator ei tanquam perituro, cum etiam legatos  
peregrinorum de pace missos, non solum captiuasset,  
sed etiam incarcerasset, nequaquam ultra parcen-  
dum decernens, Græciam totam cladibus impleuit,  
igne eam et ferro deuastans innumerabilesq;  
hominum cedes faciens. Cum itaque per sex con-  
tinuos menses Græcia, peregrinorum gladijs tradita,  
uastaretur, tandem rex perfidia suae seuo poenitens,  
imperatoris nuncios de pace direxit, cui imperator  
non aliter consensit, nisi iuramento iterato obsides adderet,  
quod ille gratanter accipiens, iurauit et obsides dedit,  
uicissim à nuncijs imperatoris solo iuramento re-  
cepto. Hoc factum est dominica Inuocauit. Pace  
firmata, imperator ad portum maris, quod brachium  
sancti Georgij dicitur, cum toto exercitu uenit, ubi  
naues ducentas à rege preparatas inuenit. A die  
uero coena Domini, usque ad tertiam feriam paschæ  
omnes prospere transierunt, ita ut nec unus homo  
de tanta

Bulgaria  
Græcia  
Kyrsach  
Saladino

Græcia obses  
filiam uoluit

Brachium  
S. Georgij

die  
tertia

de tanta multitudine periret. Erat enim numerus bene armatorum præter vulgus C. Millia. Ab eo loco imperator nuncios remisit ad terram Teutonicozum, qui omnia quæ sibi euenerant Henrico regi, filio suo et cæteris principibus nunciaret.

1140. Otto Misnensis Marchio obiit XII. Cal. Martij, primusq; fratrum suorum contra fidem patri datam, ut scilicet ut in ecclesia serenæ montis, omnes ei consepelirentur, in ecclesia cisterciensis ordinis, cuius ipse fundator fuit, quæ Cella dicitur, sepulturam accepit. Uxor enim eius cum aliquando in serenæ monte hospitiu fuisset recepta, et inter loquendum cum fratribus qui illuc forte aderant, de advocatia ecclesiæ ipsius audisset, eam ad senorem de progenie Conradi Marchionis, de constitutione ipsius Marchionis pertinere, Rediens ad maritum, mirari se dixit curæ ecclesiæ illi tantopere pdesse conaretur, cum filij eius eius advocatiæ in ea habituri non essent, rectum sibi potius uideret, ut ecclesiam propriam ipse construeret, in qua tam ipsi quam hæreditibus suis ius dominationis in perpetuum seruaretur, hacq; occasione, ecclesia Cellensis fundata est. Item uero marchio cum esset advocatus ecclesiæ serenæ montis, tanto ei affectu erat obnoxius, tantoq; eam grauantibus infestus, ut aliquando fratrem suum Henricum, comitem de Ruthen, qui

Cella fundata.

1141. EKKardo præposito grauis erat, locatus in itinere eius in sedibus, captiuare disponeret. sed ille præmonitus uix elapsus est. EKKardus etiam præpositus, cum bona quædam à Tertio comite de Brene emeret, pro centum marcis quas incontinenti dare debebat, uillam Rochendorf usque ad certum terminum ipsi impignorauit. Instante autem

Henricus fratrem perit infidius.

termino, cum pecuniam ipsam non haberet, ad marchionem  
recurrens consilium quaesiturus, Marchio vero comitem,  
qui ipsi in centum marcos tenebatur, pro solutione debiti  
sui sollicitavit, qui ei uellam ipsam assignavit pro cen-  
tum marcis, quam marchio ad domum altaris beati Petri  
in consecratione eius obtulit, sicq; ad ecclesiam reuersa  
est. Centum etiam marcas ad emptionem bonorum  
in Lybatsdorf eidem praeposito dedit. Praeterea ad opus  
monasterij, quod per decem annos tractum est, decem mar-  
cas annis singulis dedit, et centum modios fermenti, et  
carratam ferri, et duo iuga bouum. In alijs etiam, loco  
ipsi largitatis et beneuolentiae suae, monumenta plurima  
derelinquens.

Tidringus Cellenensis praepositus. 7. obiit VII. Cal. Decemb. Tidring  
Hunc successit alter Tidringus seren. montis canonicus. Tidring

### M. C. XC.

Imperator cum peregrinis Laodicam uenit, quae est Laodice  
terminus Graeciae, et consilio principum, obsides regis  
honorifice remisit, inde Turciam ingressos, Soldanus rex Soldani  
Turcorum, et Melchin filius ipsius, primo latrocinijs ualde Melchin  
affluerunt, cum tamen ex illis mult. dies singulis  
interficerentur. Nam Federicus dux Sueniae, filius  
Fidringus Anglus imperatoris uno die cccc. ex eis occidit, quodam uero  
die plus quam centum millia ipsorum congregati, castra  
imperatoris irruere conati sunt, Milites uero contra  
eos egressi plus quam duodecim millia repente prostra-  
uerunt, alijs autem ut euaderent, nox adiutorium tulit.  
Ex peregrinis autem tres tantum serui occisi sunt.  
Melchin autem congregata omni multitudine sua, sex

Laodice

Soldani

Melchin

Fidringus Anglus  
obit Turcorum.

videlicet milibus equitum, peregrinos aggressus valde vexabat, illi autem fortiter resistentes aduersariorum cc. occiderunt, alios autem in fugam uerterunt. Imperator uero eos insecutus Soldanum cum multis nobilibus qui Meral dicuntur in Iconium compulit. Filius uero imperatoris ciuitatem repente aggressus cepit, in qua innumerabilis hominum multitudo occisa est. Imperator extrinsecus hostes inuadens, forti eos pugna uicit, quorum innumerabiles occisi sunt. Soldanus autem cum principibus suis in castris ciuitatis, quod erat fortissimum receptus, nuncios imperatori misit, promittens se pacem peregrinis per terram suam seruaturum, si ipse ab Iconio recederet. Quod imperator amplexus, receptus ab eo obsidibus pacis, ciuitatem reliquit, transitamq; tandem Turcia, Armeniam intrauit, occurrueruntq; ei legati Leonis ducis Armenia, munera ei plurima deferentes. Transeuntes autem Armeniam uenerunt ad quendam fluium, quem propter asperitatem uia terrestres, imperator transuadere cupiebat, sed equo non satis confisus, contra uoluntatem omnium, qui secum aderam, misit se in fluium, uolens natando transire. Aliquandiu uero natans uictus aquae impetu, in medio flumine mergus est. Idus Iunij, luctum maximum peregrinis omnibus derelinquens. Translatus est autem a milibus in ciuitatem Selept, ubi et intestina eius humata sunt, corpus uero Antiochiam delatum, ibiq; elixatum est, et caro quidem in ipsa ciuitate terrea tradita: ossa uero Spiram uepota et humulata sunt. Porro filium eius Ferdericum

Meral.  
Iconium.

Iconia capit.

Armenia.  
Leo D.

Imp. obsides  
capit.

Fid. Imp.  
submergunt.

Selept.  
Antiochia.  
Spira.

Tranung  
ado.

Hm<sup>vi</sup>  
imp.

ducem Sueviae exercitus omnis pro ipso principem  
sibi constituit. A quibus et militia quae de Teutonica  
domo appellatur eodem tempore instituta est.

Henricus rex ducente uxoris causa ad partes Ape-  
liae profecturus Dedonem orientalem marchionem  
secum uoluit proficisci, qui itineris illius asperitatem  
et aëris qualitatem, corpori suo, quia crassus erat,  
contrariam sciens, pro tollenda intestinorum aruina  
medico adhibito uentris incisione mortuus est XVIII.  
Cal. Septembris, et in ecclesia Cellenensi, quam ipse  
fundauerat est sepultus. Continet autem scriptura quae  
anniuersarium eius repraesentat, quod oblatus sit pro  
ipso mansus unus beato Petro in sereno monte, unus  
pro uxore eius Mechilde marchionissa, cuius anni  
uiuersarius dies est XXI. Cal. Februarii, quod hac  
ratione uerum est. Tidericus marchio frater Dedo-  
nis, suam possessionem quandam sua proprietatis  
super fluvium Miltam, Cunegundi comitissa, et  
Tiderico filio eius Merseburgensi episcopo dedit, quamdiu  
uiuere, possidendam. Ex uero mortuo cum inter  
Othonem Misnensem et Dedonem orientalem marchio-  
nem proprietatis eius diuisio fieret, eius proprietatis  
praefatae possessionis, in partem Dedonis cessit, et post  
eum ad filios suos Conradum scilicet orientalem mar-  
chionem, et Tidericum comitem de Summeschenburg  
transiit. Tempore autem procedente Vualtherus  
praepositus, possessionem memoratam a Tiderico episcopo  
emit, eius autem proprietatis a marchione et comite fra-  
teribus, pro LX. marci comparauit, XXX. marci

Fridung

Dedo M.  
crassus.

Mechilde

Tideric  
Dedo.  
Cunegundi  
Tideric.

Otto M.  
Dedo M.  
Conrad M.  
Tideric C.  
de Summes

Walthery



singulis eorum deputatis, quorum tamen uterque x. marcas sue partis remisit, ut duo mansi possessionis eiusdem, pro patre et matre ipsorum asserberentur, quia singuli mansorum illorum x. marcas constabant.

Conradus II. marchio etiam reliquas xx. marcas sibi promissas preposito relaxavit, cuius tamen factum laudabile frater imitatus non est.

Albertus M. Albertus marchio filius Ottonis, audito, quod pater suus partem pecunie in cella repositam moriens dimisisset, *Cella ipse.* ad locum venit, pecuniamque ipsam a monachis exegit. Exant autem marcae tera millia, de iustis omnino proventibus, et quae nihil iniquo mamnone admixtum habebant, quas marchio pro remedio animae suae ecclesijs Dei deputaverat distribuendas. Monachi vero responderunt se depositum illud, ad quod praedictum est, conservandum in fide suscepisse, nec posse id tradere ad aliud quodlibet, inde faciendum, quin potius cum ipso ad eius asylum velle confugere, cuius erat custodia deputatum. Hoc dicto pecunia tota in altare Dei genitricis posita, eventum rei solliciti expectabant. Marchio vero neglecta tantae custodis reverentia, ablatis omnibus, discessit. Nec mirum si mortuo patri violentus exiit, quem vivum non timuit captivare. Nec etiam feater pepercit, sed in bonis partis illius violentus existens, paulatimque eum a castris, quae ipsorum erant communia excludens, exhaerere eum modis omnibus conabatur.

M. C. XCI.

Henricus rex a Coelestino papa in pascha XVIII. *Hanc Imp. confirmavit.*

Cal. Maij, in imperatorem consecratur.

Tibericus 77. Cellenensis præpositus obiit 2211. Non. Tibericus  
Aprilis, huius successor factus e Henricus ex plebano Henricus  
ecclesie quæ Ruuencouue dicitur. Ruuencouue.

Albertus Leodiensis episcopus occiditur, iuuenis ætate, suis Albertus Ep.  
omnibus admodum carus, quia præter alia animi bona, quibus abundabat, singulorum moribus mirabili quodam  
moderamine se nouerat conformare. Hic erat frater  
duxis Brabantie, eratq; uehemens opinio, imperatorem inter  
fectionem eius, ne duxius aliquid dicitur, non displicuisse,  
qui timebat, ne dux, eius confusus auxilio, noue aliquid  
contra imperium moliretur. Tale autem opinioni etiam  
hoc fidem faciebat, quod imperator mortem eius, non so-  
lum ultus non est, uerum etiam interfectores eius, a  
gratia sua, post perpetracionem tanti sceleris, non remouit.

M. C. XCII.

Virichmanus XVI Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus Wirichmanus  
pus obiit VII. Cal. Septemb. uir gloria secularis appeti-  
tu detentus, quiq; in hac assequenda, plurimum prosperatus  
est, in comprimendis aduersarijs quibuslibet uictoriosus,  
quippe, qui et uiribus potens, et animo liberalis, et ad lar-  
ge dandum promptus erat, paci suorum temporum præ-  
cipue studens, obiit in possessione quæ Conre dicitur. In Conre.  
eo etiam ueritas sententiæ beati Gregorij asserentis, quod  
uis animæ, ex subtilitate sua nature nonnunquam futura  
presentat, modo aliquo declarata est. apud ipsum denique  
populus histeronum, magni fauoris gratiam obtinebat, et  
presentia eorum ualde ei erat delectabilis et iucunda.  
Ante quinque autem fere menses, quam ex hac uita

Ep. histero-  
nis gratij.

Calus.

discederet, quadam die Caluae positus, cum esset in pran-  
 dio, quendam fatium coram se intrentem conspici-  
 ens uehementer exhorruit, eiq; ut exiret clamare coepit.  
 Ille uero ad iocum, secundum consuetudinem hoc eum  
 facere credens, ipse quoque aruidens, se amplius ingere-  
 bat. Episcopus uero indignationis nimietate exagitatus,  
 magno uocis strepitu, manuumq; agitatione eum ex-  
 pelli precipiens, omnes qui aderant in admirationem  
 conuertit. Mortuo autem eo, cum presentibus, ut  
 exenterari debisset, uisum esset, quia crassus erat,  
 ille bestio in corpore eius carnificis officio functus  
 est, uentremq; eius cultro aperuit, et intestina eiecit,  
 quae in dicta possessione humata sunt, corpus autem  
 sale infusum ne aestu corrumpereetur Magdeburgum  
 adductum est. Sepultus est autem in maiori ecclesia  
 ante altare sanctae crucis. A morte autem Frede-  
 rici archiepiscopi, cui successit Vuirchmanus, usque ad  
 obitum Vuirchmani colliguntur anni 2111. Ita tamen  
 si duos menses et 21. dies anni primi, istius collectionis  
 qui restabant a morte Frederici usque ad incarnatio-  
 nem Domini, nomine totius anni appelles, et rursus  
 quinque menses et duos dies ultimi anni, qui fluxe-  
 rant ab incarnatione Domini usque ad obitum Vuirch-  
 mani, item totius anni nomine, nuncupare uelis.

hystrio Ep̄  
 Carnifex.

Ludolfus.

Post Vuirchmanum archiepiscopum electus est Ludolfus  
 maioris ecclesiae Decanus. Cum eo autem denominatus  
 fuit Rocherus maior praepositus a nonnullis canonicis,  
 sed Romanus quidam ipsius canonicus, denominationi  
 eius uehementer obstabat, cum irrisione asserens, eum

Rochus.

Romanus.

ruste ad episcopatum denominari, qui tertia ante  
hanc die, filiam suam nuptijs tradidisset, quod quidem  
verum erat. Idem tamen praepositus, salua repre-  
hensibilium ueritate, honestate praecipuus erat, ita ut in  
hac nemo ei se facile comparauerit. Cui asserzioni  
quoddam eius factum membrale attestatur. Quadam  
die sedente eo ad ludum Scacorum, puer familia, *Ludo Scacorum*  
uis intrauit, ministro qui promptuario eius praeebat,  
eius tunc assabat, in aurem loquens, nuncium cuius-  
dam mulieris pauperulae, quae infirmabatur, modicum  
uini petere, praepositus autem casu uerbum exaudiens,  
eidem ut petenti uinum daret, praecipit, quo respon-  
dente se uinum non habere, nisi in uno uase, quod non  
dum esset initiatum, ille nihilominus ut daret eum in-  
stantia praecipit. Seruus autem uenti perhinciter non  
ausus, quasi ut iustioni satisfacere, egressus, nuncium  
cum indignatione uacuum reiecit. Vix autem duarum  
horarum spacio emenso, sonantibus circumquaque  
ecclesiarum signis, intelligens praepositus, hoc de exequi-  
arum officio esse, misit qui inquireret, quis esset qui  
obisset, reuersus nuncius indicauit, mulierem illam  
quae paulo ante uinum rogauerat, mortuam esse. Tunc  
praepositus, utrum uinum ei datum fuisset sollicite in-  
quirens, non datum esse agnouit. Unde ualde turbatus,  
accessit uini ministro, et ut dignus erat, cum ue-  
hementi indignatione exprobrans, praecipit, ut uinum  
omne, quod haberet in terram decurrere faceret, dicens,  
Nihil de hoc unquam in suos usus sumendum, curus

pars minima Christo in paupere negata fuisset. Ipsum deinde ministrum a suo officio remouit, cum interminatione poena ei dicens, ne unquam de caetero in sua provincia appareret.

*Edm. G.* ER. Rehardus quartus, Sereni montis praepositus, obiit VII. Cal. Februarij uix longaeuus, et qui LXX. annos exceserat, uerum diuturnitas uiuendi, corporis in eo robore ualde atteruerat, uigoriq; sensuum eius non paruum detraxerat, ita ut per quinque annos, quos extremos in hac uita habuit, cum frequentia feateum, imbecillitas eum inter se non permitteret, extra claustrum priuata mansione, cum deputatis sibi necessarijs uteretur. Quae res obseruantia regulari quae in annis prioribus cum ipso laudabiliter uiguit, defectum irrecuperabilem procurauit, prauisq; moribus tanquam remoto obice, irrependi aditum patefecit. Sedit annis XX. et mensibus V. diebus XXIIII. Incepit autem haec computatio anno M. C. LII. die beati Iacobi minoris, quando uidelicet idem praepositus primo in sereno monte receptus est, a quo die rector sum usque ad obitum praepositi Meinberti septem menses uacui relinquuntur, qui cum Arnolde, qui ante ipsum electus fuerat expensi sunt. Post mortem ER. Rehardi praepositi, die sequenti feates ad electionem collecti inter se diuisi sunt, nam pars eorum maior *Walterum*, unum de feateribus, pars minor alterum *Gotfredum* nomine elepit. Licet autem uterque ad hoc opus esset idoneus, *Walterus* tamen pro quibusdam causis utilior uidebatur, quia a puero ab antecessore suo regulariter enutritus, bonis pollebat moribus, tum

*Meinberti Arnoldi*

*Walterum Gotfredum*

alter iam prorector, de seculo ad monasterium  
transisset, tum etiam quia in prioribus annis, cum  
in defectu esset prepositus *Ekkehardus*, ipse eius uica-  
rius, *Strenuus* exteriora administrans, uniuersis pro-  
uincialibus, praecipueq; principibus notus et acceptus  
erat. Unde quia in minori *Strenuus* et fidelis apparu-  
erat, etiam in maiori futurus sibi similis sperabatur.  
Cito autem et intra unius huiusmodi spatium feates, dei  
gratia superueniente, mediante *Othone Gerbestadensi* *Gulstad.*  
preposito, qui tunc aderat, ad concordiam sunt reducti,  
cum etiam *Gottfridus*, electores suos, ut ad consensum  
alterius partis, utpote sanioris redirent, instanter et  
fideliter hortaretur. Sicq; *Waltherus* communiter ele-  
ctus, cum Dei laudibus ecclesiae presentatus et firma-  
tus est. Sepultus est uero die de hinc altera *Ekke-*  
*hardus* prepositus, in aquilonari parte ecclesiae, ante  
altare sancti *Johannis Baptistae*, a *Conrado Mersebur-* *Conrad.*  
*gense* abbate, praesentibus etiam *Ulrico sanctae Mariae* *Ulric.*  
*Magdeburgense*, et *Hugoldo Hallense*, et *Othone Gerbe-* *Hugold.*  
*stadense* prepositis, alijsq; pluribus ecclesiasticis et secu- *Otho.*  
laribus, uiris nobilibus et ministerialibus. Translata  
sunt quoque eodem die ossa *Meinberti* prepositi ab  
australi parte chori, ubi dudum requieuerant, et in  
sinistram *Ekkehardo* prepositi tumulata.

M. C. XCIII.

*Hugoldus Hallensis* ecclesiae prepositus a *Ludolfo* *Hugold.*  
archiepiscopo deponitur, assignata ei ad usus priuatos  
ecclesia *Strenuene* cum sibi aduenientibus bonis. Huic *Strenu.*  
successit *Dudo* de ecclesia sancti *Mauricii*, eiusdem *Dudo.*

civitatis translatus, cuius erat prepositus idem et primus.  
 Libet autem eius occasione de principio ecclesie sancti  
 S. Mauritij. Mauritij hic inserere. Apparet enim in eo quod  
 Deus malis hominum voluntatibus ad impletionem  
 sue bonae voluntatis, utitur ordinate. Temporibus itaque  
 Hildensis. Hildensium prepositi, fuit in ecclesia Hallensi frater  
 Rudolff. quidam Rudolfus nomine scholastici agens officium,  
 hinc quaedam die scholares sui, quos promotionis eta-  
 tis plures habebat, manus iniicientes, usque ad fusti-  
 gandum ipsum, ausu nimis temerario, processerunt.  
 qui licet ultione emendatoria regulariter coerciti  
 fuissent, quidam tamen diuitum, civitatis praedictae  
 fratres illius, quod acciderat, prauster tulerunt admo-  
 dum, nec tamen palam contra aliquid agere praesu-  
 mentes, occultum ulciscendi aditum perquirebant,  
 Wismang. Vurchmano enim archiepiscopo opportunitate captata,  
 de amplianda civitate sua scilicet Hallensis bone-  
 state sermonem intulerat, modum etiam suggerens,  
 videlicet ut novam ecclesiam in ea conventualem  
 institueret, quia hoc et honestati civitatis plurimum  
 proficeretur, et insuper ipsi aeternae retributionis  
 Deum constitueret debitorem. Ne vero ut solet dif-  
 ficultas principij, negotio dilationem pareret, de  
 possessionibus suis ipsam se ordinaturos ecclesiam  
 promiserunt, valde tamen ad simplicitatem, sermo-  
 nis eorum dissonabat intentio, quoniam ipsi hoc facto  
 nihil aliud, nisi detrimentum ecclesiae novi operis  
 elicere conabantur, scilicet ut congregatione, sicut  
 volebant noviter instituta, quicquid huius incremen-  
 tis accederet, hoc illi ecclesiae deperiret. Tali ipsius  
 occasione, etiam sancti Mauritij ecclesia, sancti Mau-

ecclesiam, quae prius parochialis erat tantum, in conven-  
tualem translata est a Vurichmano archiepiscopo,  
anno domini M. C. LXXXIII, primusq; ei proepo-  
situs missus est Dudo de capitulo noui operis XIII. Dudo.  
Cal. Iunij. et cum eo alij fratres quorum Rodolfus,  
de quo hic agitur, unus fuit Transumpto autem  
Dudone ad matricem ecclesiam, Rodolfus idem ei  
successit.

M. C. XCIII.

Tidericus comes de Vurgenuels, feateris sui uolenta  
dudum pressus pro auxilio petendo ad Heremanum  
Tidericus comes  
XIII composuit  
Contra feateris  
in infans.  
Turingiae Lantgrauium se contulit, quem ille ali-  
quantum suspendit, dicens se ut marchioni bellum  
inferret occasionem idoneam non habere. Habebat  
autem filiam iam nubilem, comite uero pethonem  
iam saepius iterante, Lantgrauius de consilio suorum  
respondit, si genere eius fieri uellet, se et modis  
omnibus succursurum, quod ille primo quidem cui  
puella oculis eius, propter sui deformitatem displice-  
bat renuit, sed necessitate coactus tandem consensit,  
coniugioq; facto, ex hinc auxilio Lantgrauij, featee  
coepit superiore apparere. Denique cum marchio  
castellum nouum in hoc qui Sibodenberg dicitur  
construeret, comes superueniens ipsum fugauit,  
pluresq; ex militibus eius captiuauit. Cum itaque  
iam manifestis Lantgrauius marchionem appetere  
inimicitijs, ille in loco qui Reueninge dicitur  
militibus collectis, ipse quoque hostem se Turingis  
ostendere modis omnibus intendebat. Curus conatum  
Lantgrauius anticipans, castra eius cum suis impro-  
uus uerupit, turbatisq; omnibus, qui circa ipsum  
Sibodendolf.  
Reuening.

Coniugio con-  
do implicat.



erant, eps ad fugam coëpit, non paucis eorum  
licet aliquandiu viriliter resistere, captivatis.  
Marchio vero cum tribus vel quatuor socijs

Marchio fugit.

Waltberg

Vualtberus autem præpositus, equos eis alios procu-  
rans, ipsum marchionem cappa claustrali, pro dissi-  
mulanda persona, indutum aliquanto viae spacio

Lipke

Lipke tendentem, persecutus est. Verum marchio  
licet his aduersis nihil à sua magnanimitate altera-  
tus, reparandi bellum firmum habebat propositum,  
non parum tamen eum imperatoris, de qua erga se  
certus erat, dehortabatur indignatio, cuius ministeria-  
les speciali eum bello, iam appetere disponebant.

Lipke

Necessarium itaque credens, si id efficere posset, impera-  
toris primo gratiam recuperare, ad partes Transal-  
pinas, ubi tunc imperator constitutus erat, profectus est.

sed cum non solum recuperanda gratia omnimoda  
ei difficultas facta esset, uerumetiam uitae sibi pericu-  
lum impendere cognouisset, suis omnibus apud  
Imperatorem relictis, uno tantum comite sumpto,

Albertus imperatoris  
dignus malit.

fuga quidem propter insidias imperatoris difficili-  
usus, ad propria reuersus est. Recogitans itaque  
quoniam nulla est nisi ardua uirtus, ipsi etiam  
imperatoris, si sic necesse esset, repugnare disposuit,  
munitionesq; suas alias, præter Lipke et Chambruge,

Albertus si contra  
imp. milit.

et Misnam, destruere. Has autem uiris et uirtu-  
alibus bello præparare, finali consilio ordinauit,  
certumq; erat, eum cladem maximam patere pro-  
curaturum fuisse, si non eum uitae ferminus præ-

uenisset.

Gotfridus sexeni montis canonicus ReZouuensi ecclesia praepositus datur.

Gotfridus.

M. C. XCV.

Albertus Venerabilis datur.

Albertus marchio, ueneno fevitur, a quodam familiarium suorum Hugoldo nomine, sumpto, apertu denem incurrit. De Vurberge uero ubi exortare coeperat Misnam festinans, cum nec equo, nec curru, propter morbi uehementiam, uehi posset, a uicis in gestatorio ad hoc ipsum composito, portabatur. Verum emenso unius miliaris spacio, ingruuescente molestia, etiam portari non sufficiens, in uilla quadam Heinrichsdorf depositus, ibiq; defunctus est VIII. Cal. Iulij. Sepultus uero est in Cella iuxta patrem suum. Uxor quoque eius paucis euolutis diebus, eodem ueneno extincta est.

Hugoldus  
Furberg.  
Misna.

Heinrichsdorf.

Episcopus.

Henricus dux de Brunnesuig obiit, sepultusq; est in monasterio sancti Blasij, quod ipse construxit iuxta uxorem suam. Haec fuit soror Ricardi regis Angliae, de qua hos habuit filios, Henricum comitem Palatinum Rheni, Othonem imperatorem, Wilhelmum de Luneburg, Ludericum qui in adolescentia obiit.

Henricus  
D. O.

Henricus  
Ricardi soror.

Henricus pal.

Otto Imp.

Wilhelmus  
Lun.

Ludericus.

Gotfridus Hirsueldensis abbas Nienburgensem abbatiam resignauit, ad cuius ministracionem Henricus electus est.

M. C. XCVI.

Theobaldus mis-  
dia  
in faceret.

Tidericus comes in partibus Transmarinis, morte featers sui cognita, cum redire disponeret, imperatoris insidijs adeo arctatus est, ut publice nauem ingredi non audeat, sed a fidelibus suis lagena in-

clusus et nauigio illatus, sicq[ue] donec in altum mari  
 us procederet, occultatus est. Imperator denique  
 marchiam Misinensem suis reservans usibus, fide-  
 libus suis eam commiserat procurandam, quae  
 etiam usque ad mortem imperatoris per eosdem  
 administrata est.

Marchia Misinensis  
 ab imp[er]e profecto  
 limbo.

M. C. XCVII.

Coelstinus papa obiit, cui successit Innocentius,  
 huius nominis III.

Henricus imperator huius nominis VI. mortuus *Henricus imp[er]ator*

in Apulia, anno imperij sui VII. regni vero X.

Hic Neapolim et Salernium civitates praelio viit, *Rex ipse Henricus*

Apuliam et Siciliam, Calabriamq[ue] subegit. Patrum

palacium obtinuit, thesauris infinitis refectum

ex collectione regnum priorum Siciliensium, in

tantum, ut priores iustas paupertatem putaret.

Filiam regis Graecorum ibi captam, fratri suo

Philippo uxorem dedit.

Fredericus comes ad patriam reuersus, omnem

hereditatem paternam obtinuit, et marchiam

Misinensem.

M. C. XCVIII.

Philippus ultimus filiorum Frederici imperatoris, *Philippus imp[er]ator*

in campis Erfordiae a Ludolfo venerabili Magde-

burgense archiepiscopo, caeterisq[ue] Saxoniae, Sueviae,

et Bavariae principibus, in regem eligitur Roma-

norum.

Eodem tempore Otto Pictaviensis comes filius Hein-

rici ducis de Brunsvig, a Coloniensi archiepiscopo,

et principibus Rheni, ad imperium evocatus est.

*Otto imperator*

*Henricus D.*

*Brunsvig*

*Fordas.* Odacarus rex Boëmiæ Philippo regi confederatus cum exercitu Moguntiam uenit, transito Mosella fluuio, et Othone rege qui uadum eius occupauerat, uiolenter pulso Bunnam ciuitatem, reliquaq; oppida ei contemmina depopulatus est.

*Oderung.  
Moguntia.  
Mosella.  
Bunna.  
Otho R.*

M. C. XCIX.

*Incedium  
Lauterbachij.* Factum est incendium ecclesie seueri montis, in quo quidem præter utilium amissionem, à pluribus superfluis et noxijs ædificijs, locus ipse purgatus est, atque uhnam à causis incendiij fuerit emundatus, ut autem hi, qui hoc flagello castigati sunt, eorumdem causarum recognitionem dissimulare non possent, iudex æquisimus, eos impendente iam huius animaduersionis articulo, in excessu ualde notabili, labi permisit, ut uidelicet intelligerent, se ream Deo culpis non leuibus prouocasse, quos in tanto reatu poena superueniens inuenisset. Quidam enim ex fratribus, cum eis potus communis displicuisset, die beati Felicis in pincis, cellarum uiolenter ingressi, tantum inde uini abstulerunt, ut et sibi et alijs sumere uolentibus, ad prandium, et in coena, ex eadem copia ministrarent. Die uero clauso, et nocte ex parte aliqua iam transacta, cum adhuc uinum esset in ore ipsorum, Ecce clamor factus est, qui incendium nunciaret, ædificium enim quoddam mansionis præpositi, ex lignea materia in fumitorio claustræ a parte occidentali hærebat, in quo miles quidam, eadem nocte receptus hospitero, cum propter ferigus uespertinum

*Monachi  
obij.*

vesperternum ignem copiosum construxerat, ipsum succendit, ita ut prius quam ipse hoc sentire potuisset, domus ignem conceptum, a parte superiori, flammis exumpentibus, exuctaret, ventus secundo subinde tanquam ad negotium promovendum exurgens, tanta vi torquebat incendium, ut parte claustræ proxima, nec dum bene atacta, pars ulteriores iam arderet, sicq[ue] totam claustræ et ecclesiæ maioris, præter turreis superficiem, et ædificia eis adhærentia, ignis depopulatus est, vetus tamen in medio parie periculo constituta non sine admiratione multorum servata est. Poterat autem <sup>si non</sup> pius dominus in ira misericordiæ memorem fuisset, grandis et oppressione hominum, sub illa ruina trabium et saxorum, pro ereptione rerum quarumlibet diversarum, miseria provenisse, quorum omnium, ne modo non dico perijt, sed nec leniter quidem læsus fuit, cum etiam luna clarè splendens discurrentibus deseruaret. Aberat

Walterus. tunc Vualterus præpositus, in partes Poloniae, ad colloquium quoddam, a Conrado Marchione euocatus, rediens  
 Conrado Marchio. vero, et personas omnes à periculo per Dei gratiam servatas, agnoscens, de perditione ædificiorum parum doluit, sed de excessu fratrum admodum turbatus est, quos nimirum bene agentes, quam male flagellari potius voluisset. Nec tamen factum, sicut oportuerat, ultus est, tum propter numerositatem reorum, tum propter parentes unius ex ipsis, qui capitaneus facti erat, de quo ad dicendum in sequentibus locus opportunior reservatur. Ex eo tempore usque ad reedificationem claustræ, fere biennio, domus hospitem fratribus præbuit mansionem, Nullum autem huius occasione mali, necessariorum suorum defectum

Colloquium  
in Polonia.

fratres sustinere coacti sunt, nec quenquam eorum ad locum  
alium propter intolerantiam expensarum propositus uoluit  
destinare, sed non similiter religio claustralis integritate sua  
pauca est, imo uero perditionem aedificiorum, tanta moxum  
urna subsecuta est, ut ueraciter quis religionem cum clau-  
stro dixerit conflaasse. curia enim flagellati uenerunt  
accipere disciplinam, uenit modo miserabili, ut ex medica-  
mento quo curari debebant, morbus sumeret incrementum.  
Horum autem probatio, qualesq; ex ijs factus prouenerint, dili-  
gentia lectoris ex consequentibus apparebit.

Conradus Moguntiensis archiepiscopus de peregrinatione trans Conradus  
maxima rediens, non biennio superuixit, qui dum ante pau-  
cos obitus sui dies languens, ad mensam comesturus conse-  
disset, paululum obdormiens, et in extasi factus, repente turba-  
tis uocibus exclamauit, indignum esse, ut dominus Siferidus, Siferidus  
de Oppenstein tales iniurias presumeret irrogare, cumq; Oppenstein  
querelas iteraret, et circumstantes de qualitate iniuriarum  
eum interrogarent, manum ad sinum reducens, nunquid ait  
non uidetis, quam detestorosa perfusione uestem meam conta-  
minauerit. Cui statim ad se rediens, futuri schismatis ma-  
culam, ecclesiae suae per ipsum Siferidum inferendam, signifi-  
cari praedixit. Mortuo denique ipso, Lupolus Lupolus  
Vuoemacensis episcopus, pro eo eligitur, sed quia Philippo regi fauebat, philippus  
cui summus pontifex aduersabatur, electionem eius papa  
casauit, et praedictum Siferidum a tribus tantum electum, Siferidus  
misso ei per nuncios suos pallio, consecrari praecipit.

Albero de Lusmit de dilapidatione rerum  
 ecclesie sue, et incestatione foeminarum, quibus praeerat  
 multipliciter infamatus, à Bertoldo Luenburgensi episcopo  
 ab administratione remotus est, et successit ei Marcus  
 uardus seueri montis canonicus.

Dudo Hallensis ecclesie praepositus, fratrum suorum im-  
 portunitatem non ferens, administrationem suam resigna-  
 uit, et deinceps usque ad terminum uitae suae uixit pri-  
 uatus. In locum autem eius electi sunt duo de eadem  
 ecclesia Apollonius praepositus de Vualbeke, et Conradus  
 custos Hallensis, sed partibus concordantibus Apollonius  
 obtinuit.

Conradus Herbipolensis episcopus Henrici imperatoris, et  
 post ipsum Philippi regis cancellarius eidem regi, in  
 suspicionem uenerat, eo quod patri Ottonis regis consenti-  
 ue, pro fauore summi pontificis ferebatur. Hinc occasione  
 et consequendi fiducia, Henricus maioris ecclesie Magde-  
 burgensis decanus, cancellarij officium ambiebat, et pro eo  
 apud regem coeperat negociari, quod cancellarium non  
 latuit, fertur autem, quod comperto eius conatu, annulum  
 et aureum miserit, mandans gemmam eius contra morbum  
 perfidiae plurimum ualere. Ille autem callide respondit,  
 mirari se cur ea ipse carere uoluerit, qui maxime hoc  
 remedio indigeret. Cum itaque decanus praedictum agens  
 negotium, die quadam ad regem pergeret, Gerhardus frater  
 cancellarij, cognomento Vriehin, iuxta claustrum Holdisleue,  
 ex insidijs cum armatis ei occurrens, oculos ei eruit, ut ad  
 scriptoris officium, ad quod anhelabat, deinceps inutilis haberetur.  
 Idem tamen Gerhardus, praefex pecuniariam, quam Decano  
 postmodum exhibuit satisfactionem, nam duas ei marcas soluisse

Suspici  
antica.

Ambiti  
antica.

Scemata  
antica.

Inuidia  
antica.

Apollonij.

Walbricke.

Conradus.

Conradus  
episcopus.

Otto imp.

Henricus.

Gerhardus.

dicitur tanta poenitentia humilitate Deum placare studu-  
it, tantumq[ue] diuinae gratia consecutus est, ut etiam diem  
mortis suae feratur non ignorasse, quod ex facto ipseus colli-  
gi potest. Denique cum in monasterio Hilburperode, quod  
ex proprietate maiorum eius fundatum est, moriturus  
aegrotaret, die beatae Mariae Magdalene ad missa celebra-  
tionem in ecclesiam se portare rogauit, ibiq[ue] sacro substra-  
tus, cum in fine euangelij legeretur, Fides tua te saluam  
fecit, uate in pace animam reddidit.

Enchardus Merseburgensis obiit, pro quo electus est  
Tidericus eiusdem ecclesiae canonicus, filius Tidericus  
marchionis.

Hilburperode

Enchardus

Tidericus S.

Tidericus M.

M. CC. I.

Hedwigis comitissa, uidua Federici comitis de Brene, mo-  
nasterium foeminarum in uilla Brene coepit xviii. Cal.  
Septembris. Hec in annis prioribus, adhuc uiro suo ui-  
uente, ERKebardi praepositi, et fratrum serenitatis  
familiaritatem consecuta, defuncto marito postulauit ab eisdem,  
ut in parte aliqua montis, aedificium sibi construere permit-  
terent, in quo ipsa a tumultu secularium, tempore requiesce-  
ret opportuno. Sed quia hoc impetrare non potuit, pro eo  
quod famae suae nequgens esset, et lasciuiam sectaretur,  
a priore uoluntate alterata, cum prius iisdem fratribus  
fauorabilis admodum extitisset, extraneam se eis et maleuo-  
lam coepit exhibere. In postremo, ut repulsa sua perma-  
nentem rependeret ultionem, in detrimentum illius ecclesiae,  
nouum hoc monasterium inchoauit, primus autem eidem  
praefuit Meingotus de ecclesia Hallensi.

Hedwigis  
comitissa  
Brene

Hedwigis

Federicus C.

Brene

ERKebardus

Meingotus

Heribennicus Nienburgensis abbas obiit, cui successit Heremannus

Heremannus

Heremannus S.



de eadem congregatione.  
Tercio motus fuit.

Tarantolis.

Philippus Imp.

modicus.

Marchio Comendat  
Lyons Impr.

Esus piscium  
impetratur.

Vualterus sexeni montis prepositus cum Conrado Marchione, qui pro Philippo rege apud Innocentium papam legatione functus est, Romam profectus, magnamq; summi pontificis gratiam consecutus, privilegium exemptionis ecclesie sue, renovari petijt et obtinuit, feateibusq; licentiam publici et communis usus esus carnum impetrauit. Est autem hoc eiusdem licentie resciptum.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filijs, preposito et conventui sexeni montis salutem et apostolicam benedictionem. Exposuisti nobis fili preposite, in nostra presentia constitutus, quod cum ecclesia uestra sit in excelsi montis cacumine constituta, et distet non modicum a locis illis, in quibus piscium consuevit abundantia inueniri, non potest nobis congrue in esu piscium provideri, propter quod humiliter postulabas a nobis, ut vobis infra septa ecclesie uestre, vescendi carnibus, licentiam preberemus, cum et necessitas postulet, et utilitas hoc requirat, quia sufficientiam piscium absque magnis expensis habere nequitis, et abstinere tam a piscibus, quam a carnisbus reputatis grauissimum. Nos igitur deuotionem uestram in domino commendantes, quod sine speciali licentia nostra, consuetudinem ecclesie uestre nolueris infringere, presenti vobis pagina respondemus, quod cum regula beati Augustini, quam estis professi, vobis esum carnum non inibeat, sed concedat, vos secundum tenorem regulae, nisi voto vos astinueritis speciali, ab esu carnum penitus abstinere, certis et statutis diebus, dummodo sine scandalo fiat, carnes de nostra licentia

comedatis, sic autem id moderate fieri concedimus, quod et  
regularis ordo servetur illesus, et nos hoc uideamini, non ad  
saturitatem, sed ad necessitatem potius postulasse. Datum  
Latis. xi. Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno. v.

Eiusdem etiam Romanae promotionis socius fuit Tiberius <sup>Tiberius</sup>  
Mersburgensis electus, qui pro eo, quod non erat de legit. <sup>Spanis.</sup>  
mo matrimonio natus, non uidebatur sine licentia summi  
pontificis posse promoueri, sed interuentu Conradi marchionis  
papa eum legitimauit, et ut consecrationem ab episcopo  
Hilkenesheimensi acciperet, precepit, quia Ludolfus <sup>Ludolfus</sup>  
Magleburgensis archiepiscopus, pro fauore Philippi regis, gratiam sedis  
apostolica non habebat.

Apollonius Hallensis ecclesie prepositus administrationem <sup>Apollonig.</sup>  
illius ecclesie resignauit, priori scilicet de Wualtheke seruata, <sup>Wualtheke.</sup>  
et successit ei Conradus custos Hallensis. <sup>Conradus.</sup>

M. CC. II

Wualtherus prepositus, de partibus rediens Transalpinis, xvii.  
Cal. Iunii, serenum montem aduenit, per uilegrumq. <sup>per</sup> exempho  
nis, quod obtinuerat secum exhibens, feateibus tam de sua  
salute, quam de prospero successu, magna leticiae causa  
effectus est. Elapsis deinde paucis diebus de licentia comedendi  
de carnes innotuit, ut et sub certa forma hoc fieret ordina  
uit, uidelicet, ut tribus tantum diebus in hebdomada, die  
dominica, feria sexta et quinta, carnes uterentur, tribus  
autem hebdomadibus ante festum sancti Iohannis Baptiste, si  
occurrerent infra ipsum et octauam pentecostes, et a festo  
sancti Martini usque ad natalem Domini a carnis absti.

nerent, diebus tamen dominicis exceptis, et per totum aduen-  
tum ad nonam comedentes lacticijs uterentur. In dominica  
uero Circumdederunt carnisperitum haberent reliquis diebus,  
usque Esto mihi, lacticia comedentes, et hanc formam requi-  
sito omnium à maximo usque ad minimum beneplacito,  
et consensu, in perpetuum in ipsa seruari ecclesia districtè  
præcepit.

Conradus Herbipolensis episcopus et cancellarius occisus  
est, hic EK Rehardum quendam nobilem ciuem Herbipolen-  
sem exaltauerat, cuius consilijs in quibusq; negocijs, quia  
iusti tenax erat, eiq; fidelissimus, utebatur. Duo quoque fea. <sup>Herbipolensis</sup>  
Hans de <sup>lunaber.</sup> tres quorum nomina sunt Henricus et Bodo de Lauensburg,  
Bodo de <sup>lunaber.</sup> quorum erat auunculus Henricus de Calatin marschalcus  
regis Philippi, ciues eiusdem erant ciuitatis, inter quos et  
predictum discordia diu tracta, hunc finem habuit, ut EK  
Rehardus item ab eis interficeretur, in cuius facti ultione  
episcopus cum quidem illi personaliter euasisent, edificium  
ipsorum, quod in ciuitate habebant munitum, funditus  
euerit. Vinum LX. ut dicitur caruatas effudit, omniaq;  
quæ illorum erant, uastauit. Nec uero illi impune  
se lædi patebantur, sed e contra episcopo quæcunque pote-  
rant damna uel contumelias irrogabant, sed non erat  
dubium, episcopum cum omnimodo illorum damno, se  
ulturum fuisse, si non eum ipsorum audacia præue-  
nisset. Rebus enim suis desperatis cum nec regis quidem  
petitis episcopum ab impetu cohibere potuisset, auunculo, qui  
uir erat crudelis ingenij, eos ad malum incitante, die qua-  
dam hora uesperina, cum aliquibus armatis clam ciuitatem

Herbipolensis  
Eps scabitus.

Manns  
Eps.

Imp: ad eundem  
Eps commisit.

Schisma

ingressi, episcopum ad ecclesiam euntem aggressi, occiderunt, opus nimis temerarium perficientes. Philippo autem regi phil. Imp. Herbipolim venienti occurrebat clerus omnis, cum multitudine populi, de interfectione episcopi conquirentes, et manum eius, quam ille cum occideretur capiti opposuerat, quæ abscissa fuerat, cum uestibus exuentis ostendentes, et cum multis lacrimis cantantes responsum, Videns Jacob etc. rexque super his iudicium implorabant, et rex quidem compassibiliter lacermatus est, sed tamen iudicium facere dissimulavit. Alijs dicentibus, eum de morte episcopi propter hoc quod in parte Othonis regis sentire coeperat, non vere doluisse: Alijs vero asserentibus eum timore marschalci à ferenda contra homicidas sententia impeditum. Non autem inquam maligni, etiam coeli regis iudicium euaserunt. Tempore enim schismatis, quod inter Innocentium papam et Othonem imperatorem ortum est, cum Otto episcopus Herbipolensis, sicut et ceteri episcopi, excommunicato imperatore, oppositus esset, illi collectis in ciuitate armatis pluribus, episcopum expulerunt, et iuuenem quendam ecclesie ipsius canonicum, alterius ipsorum filium, pro eo, auctoritate imperatoris instituentes. Episcopus vero militibus collectis, mature quidem ciuitatem recuperauit, illos autem equis et armis et omnibus quæ in ciuitate habebant relictis, nudos fugæ presidium quærere coepit, deinde castrum eorum Rauensburg obsedit, cepit, et destruxit. Omnibus autem quæ illorum erant rapinis et incendio deuastatis, tam illi duo fratres malorum capitanei, quam ceteri qui parvitijs participes existerant, uagi et profugi effecti.

Otho Imp.

Otho Ep.

Rauensburg

diversis cladibus attriti sunt, alij quidem interfeciti, alij vero quiritus caecati, seu alijs morbis gravibus correpti, et ad mendicitatem publicam deducti, miserandum de se speculaculum praeberunt.

*Inventis. Sherry.* Hermannus Thuringiae Longobardus Ottoni regi fidelitatem iuramento promisit, modico autem evoluta tempore Philippo regi fidelitatem iuravit, deinde hortatu Innocenti Papae ad Ottonem redijt, secumq; regem Boemiae Odakarum a Philippo defecere persuasit.

*Hermannus Longobardus. inconstant, et transfuga.*

M. CC. III.

*Welfar. Margb. Halle. Vmasfl.* Ottho rex benedictionem regalem a quodam cardinali, episcopo apostolicae sedis legato, Coloniae accepit. Idem vero legatus, Ludolfum Magdeburgensem archiepiscopum, multis comminationum literis, ad partem Ottonis flectere conatus est, sed quia hoc efficere non potuit, exercitum Boemorum et Thuringorum cum alijs regis auxiliatoribus, ad oppressionem episcopi evocavit, qui venientes in confinio Mersburgensi et Hallensis oppidi conederunt, et per novem hebdomadas totam adiacentem provinciam depopulati, coemeteria, ecclesias, et ecclesiasticas personas multis damnis et contumelijs affecerunt. Tantus autem eorum timor omnes inuaserat, ut nec in civitate Magdeburgense, se tutos evadentes ad partes transalbinas res suas cum uxoribus et filijs deportarent. Cum vero die quadam pars aliqua ipsorum, ad praedandum Venam fluvium transissent,

*Otho Imp. inauguratur Coloniae.*

*Boemij et Thuringij Episcopi.*

*Otho C. Landisbr.* Ottho comes de Brene cum paucis socijs armatis, revertentibus in confinio castrum Landisberg occurrens, CCC. ex eis prostravit. Inter quos et nobilis quidam, quem valde

planxerunt, occubuit, ceteri fugere sunt compulsi. et ex illo die discurreere cessauerunt. Videns autem cardinalis se contra archiepiscopum nihil proficere, cum et personaliter euocatum, multum eum uerborum contumelijs affecisset, inobedientiam ei exprobando, et delirum senem appellando. Ille quia uix erat literatissimus, omnes asserchones eius efficaciter euacuante, eum excommunicauit, ipseque cum rege Coloniã rediens, ceteros ad propria quemque redire permisit.

*Constantinopolis occupata.* Constantinopolis a peregrinis sancti sepulchri et Venetianis, *Constantinopolis.* ordinatione Philippi regis, propter socerum ipsius regem, a Grecis expulsam, obsessa et capta, prædaque eius inter uictores diuisa est. Ibi Conradus Haluerstadensis episcopus, qui unus *Conradus.* fuit peregrinorum, multiplicem ornatum ecclesiasticum in indumentis pontificalibus, et rebus alijs consecutus, multis et maximis sanctorum reliquijs ibidem acquisitis, Haluerstadensem ecclesiam insigniuit, quarum uenerationi, dies proximè sequens assumptionem Dei genitricis, deputata est, multis undique ad ipsam celebritatem concurrentibus, quando et reliquia ipsæ conspectui omnium, uel etiam contactui exponuntur, et aduenientes indulgentiam peccatorum suorum, auctoritate apostolica consequuntur. Ex eo tempore, capti onis uidelicet prædictæ urbis, Greci ad communionem Romanæ ecclesiæ reuertuntur.

Otho comes de Brene obiit x. Cal. Ianuarij, sepultusque est *Otho.* a matre sua in ecclesia Brene, pro eo oblatus est beatus Petrus in sereno monte mansus unus in uilla Chleuun.

M. CC. IIII.

Wismar

Philippus rex collecto forti exercitu Vuirense obsedit, omni circumiacente provincia depopulata, Langravius autem regem Boemia ad auxilium suum multis precibus evocavit.

Thuringia populata ab Imp.

Ludolfus

Qui adveniens consideratis copijs regis, qui ab obsidione ee, redens, ei occurrebat, congregandi fiduciam non habebat, erat enim in exercitu regis praeter milites qui ipsigerant speci-

Copia Imp.

Tiberius

ales, Ludolfi archiepiscopi expeditorum pugnatorum xxx. millia. Tiberius vero marchionis Misnensis, milites quidem M. et D. petiitum autem centum millia. Accensis itaque focus plurimis, quibus suam presentiam metuerent, relictis omnibus, quae oneri esse poterant fugientibus, Boemi totam fiduciam ad fugae praesidium confulerunt. Crepusculo vero castris egressi infra illius noctis spacium xviii. miliaria fugientes emensi sunt. Diluculo autem fuga eorum cognita, rex electos pugnatores post eos occupandos dixerit, qui ad untecimum miliarium insequentes, reversi sunt. Langravius auxilio nudatus ad praetiam regis se contulit, fidemq. illi servare. datis obsidibus, iuramento firmavit. Philippus rex dimissis auxiliatoribus Goslaricam cum suis regressitur, ubi cum rex otto, militibus collectis cum ipso congregari tentaret, Henricus palatinus frater ipsius ad philippum transit, praestitq. ei fidelitate advoca-

Boemi fugiunt.

Langravius gra. tam Imp. im. potest.

Goslaricam

transfugiam Goslaricam ab eo promeruit.

Otto Imp.

Phil. Imp.

Henricus

Tiberius

Hildesb.

Minden.

Brandeb.

Tiberius Mersburgensis electus Hildenesheim, ab Hartbertis Hildenesheimense, et Dithmaro Mindense, Nortberto Brandenburgense episcopis, in dominica post ieiunium decimimensis, in episcopum consecratus est. Moram vero consecrationi eius fecerat, quod otto rex transitum ei permittere noluit, nisi episcopatum suum ab ipso reciperet, a qua

tamen conditione liber postea, conductum regis per Vualthe Waltherum  
rum Sereni montis præpositum, et Rodolfum Niderburgense Rodolphus  
præpositum impetrauit. <sup>Süderburg</sup> <sup>Niderburg</sup>

M. CC. V.

Ludolfus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus obiit xvii. Cal.  
Septembris, pontificatus sui anno xiiii. vir strenuus et ec-  
clesie sue utilitatibus efficaciter intentus, gratiam vero  
summi Pontificis priusquam moveretur consecutus, et ex  
eius mandato communioni ecclesie restitutus est. Post eum  
ex arbitrio Conradi Haluerstadensis episcopi, electus est Alber-  
tus, maioris ecclesie Magdeburgensis præpositus, eo tempore  
Poloniae in scholis constitutus. <sup>Ludolfus</sup> <sup>Alber-</sup> <sup>Conradus</sup>

Philippus rex Aquisgranum, à Coloniensi archiepiscopo, qui tunc  
in gratiam eius rediit, et per quem ipsam civitatem recepit,  
benedictione regali consecratus est, propter quod etiam idem  
episcopus à domino papa excommunicatus est, aliusq; in locum  
eius electus. <sup>Phil. Imp.</sup> <sup>consecratus</sup>

Albertus Brandenburgensis marchio filiam Conradi marchionis  
orientalis maiorem, duas enim habebat, Mechthildem nomine  
duxit uxorem, cuius nuptias, Tidericus comes de Sumer-  
schenburg, in castro Grotz, cum magna gloria, et expensarum  
copra celebravit. hisq; nuptiis Vualtherus, sereni montis  
præpositus à Conrado marchione uocatus, interfuit, indeq;  
rediens statim ageritudinem incurrit, de qua et innotuit est  
11. Cal. Septemb. Sedit annis xii. mensibus vii. diebus v.  
Sepultusq; est in dextera antecessoris sui à Tidericus Mersbur-  
gense episcopo. Vir iste plurimum a Deo gratia consecutus,  
et si non usquequaque irreprehensibilis, talibus tamen equalis <sup>Alber-</sup> <sup>Mechthild</sup> <sup>Conradus</sup> <sup>Tid. C. d.</sup> <sup>Sumer-</sup> <sup>Grotz</sup> <sup>Waltherus</sup> <sup>Tidricus</sup>



nunc ecclesia patitur, p[re]latis, dissimilis cognoscitur extitisse.  
 Fuit enim, prout se nostrorum status habet temporum, lauda-  
 biliter religiosus, et quantum ab exteriorum occupatione ne-  
 gociorum vacare potuit, in congregatione, choro, refectorio  
 et dormitorio assiduus, nec aliud sibi licere iudicavit,  
 de commissorum sibi utilitate indeficiente sollicitus, moribus  
 temperatus, quales disciplinatos vocare consuevimus, quæ  
 duo severitatis aliquid moribus eius admiscuisse videbantur.  
 Disciplina enim et solitudine gravis, non facilis erat ad-  
 usum, nec fauores hominum verbis quæ non intenderet  
 occupatur. Unde et à quibusdam, qui hanc in eo causam  
 perpendere nesciebant, superbus iudicatus est, honestate vero  
 non mediocriter pollebat, sed plus alijs quæ acceperat,  
 verecundiæ donum in eo enituit, quæ etiam in eo ex uul-  
 tus gratia, qua non carebat, modo quodam decentior uideba-  
 tur. Poterat eius industria religionis ruina, ex parte  
 maxima restaurata fuisse, si non eum et sua et aliorum  
 negocia, et maxime Conradi Marchionis orientalis, cuius  
 rebus promovendis valde erat deditus, retardasset. Emit  
 Otmarsdorf. autem ecclesie suæ in uilla Othmaris dorf quinque  
 Koks. mansos, et pratum unum: Koksere tres mansos, Groin ix.  
 Groin. Rohrsbagen vii. Molendinum Turgoone construxit, cuius  
 Rohrsbag. fundum, Vlixicus comes de Kuhn, pro calice aureo, qui pro  
 Turgoon. ipso impignoratus, apud Iudeos Hallis perditus erat, sancto  
 Vlixig C. Petro dedit. Allodia etiam Groin et Lubahsdorf ædificat, in  
 Groin. Lubahsdorf. quorum altero multitudinem armentorum, quorum nume-  
 rus fuit C. L. cum alijs pecoribus aggregavit, de quorum  
 usu commodum magnum fratribus præstabatur. Vineam

Waltay  
 lurs.

Conradus  
 M.  
 Otmarsdorf.  
 Koks.  
 Groin.  
 Rohrsbag.  
 Turgoon.  
 Vlixig C.  
 Groin.  
 Lubahsdorf.

novam in Podegum, quae maior est plantavit. Duae podegum  
enim aliae antecessorem ipsius auctorem saluerunt. Omnia  
claustri aedificia post incendium reparavit. Aedificium  
curiae quae praepositus vocatur construxit. Ambitum emu-  
nitatis claustri muro amplexus est, a parte meridiana, ad  
cuius introitum primus portam fecit, cum prius usque ad  
domum hospitum, et usque ante dormitorium fratrum, acces-  
sus transeuntibus patuisset, parietem chori occidentalem, cum  
omni suo opere aedificavit, et praeter haec multa opera uti-  
lia alia per diversas ecclesiae possessiones fecit, quae super-  
fluum est numerare. Huius viri terminus ecclesiae sexeni-  
montis multorum malorum principium fuit. Denique cum  
eo mortuo fratres omnes, quinque tantum exceptis, fratrem  
ipsius carnalem, Iohannem nomine in praepositum elegerunt,  
illi excepti, alium Tiderecum nomine, qui tempore  
incendii in ablatione vini capitaneus fuerat, elegerunt.  
Exat iste filius Hermann camerarii de Landisberg,  
habebatque fratres clericos Beroldum Mevsburgensem  
praepositum, et Henricum eiusdem ecclesiae camerarium,  
qui frater postmodum in praepositura successit, Iarcos uero  
Hermanum de Rosinvelt, Othonem de Quireze, et Friedhel-  
mum, universisque ministerialibus, qui de Landisberg appella-  
bantur, aliisque pluribus provincialium consanguinitate proxima  
iungebatur, propter quod a primario tempore a praelatis et  
magistris caeteris delicatus enutritus, et in quadam sui aesti-  
matione habitus, ipse quoque ex alieno favore, non ex uirtute  
propria se metiens, magnum aliquid de se iam dudum sentire

Theodoricus  
Cam. de Lan-  
disberg.

Iohannes  
Tiderec.

Hermannus  
de Landis-  
berg.

Beroldus  
Henricus

Hermanus  
de Rosinvelt.

Otho de Quireze.  
Friedhelmus

coeperat, et dominandi cupidine se teneri, signis quibusdam exumpentibus declarabat, videlicet derogando maioribus, et de mala eorum administratione ratiocinando, et meliora de se, si unquam eum praeesse contingeret, promittendo. si qui etiam pro suis excessibus forte regulariter corriperebantur, ijs quasi compatiendo, et nonnunquam pro ipsis etiam litigando, et iniquitatem iudicantium accusando. Commensationes et potationes sui similibus in tempestivas procurando, et cum eis iucundis quibusq; et ludicris insistendo, quibus rebus stultorum animi, quam maximè capiuntur. Electus itaque, licet propositum obtinendi propter suorum paucitatem, nullam haberet fiduciam, cum etiam Joannes uobis et solennitate debita procedentibus, praelationis honorem cum summa omnium gratia potiretur, aliquandiu resistit, donec amicorum eius quibusdam, praecipueq; Conrado Hallensis ecclesiae praeposito admittentibus, hospitalis pauperum procuracione sibi commissa, ad factum redijt unitatem, quoniam post electionem priuatus remanere deforme nimis et contemptibile iudicabat. Ad haec primum tempora factes sexeni mensis, appellacionis et uerborum decretalium eis eatenus ignotum, usum habere coeperunt, quarum rerum praefati Tiberici electores, à Bertoldo Muesburgense praeposito et Henrico eius fratre informati, auctores fuerunt, ad sepulturam Kualthei praepositi super sigillo ecclesiae appellantes, ne quid, uidelicet uel pro parte aduersa, uel contra ipsos, nomine capituli scriberetur.

M. CC. VI.

Conrado

Bertoldo  
Henrico

Johannes serenitatis montis praepositus administrationis suae  
taedio fatigatus, cum onus eius deponere cogitasset, singulis  
privatim fratribus suam aperire coepit voluntatem, dicens,  
se, utpote praecurvationis prorsus inexperitum, tantis rebus gu-  
bernandis non sufficere, nimisq; dolere, si pro eo tantum ut  
ipse praepositi nomine et honore gauderet, status ecclesiae  
laudabilis deperiret, pro quo divinum posset iudicium for-  
midare. Licet autem haec pro se allegaret, nulla tamen  
alia ratione ad resignandum, nisi privatae vitae commoda,  
traheretur, in omnibus enim quae curae domesticae poscit  
necessitas, in nullo fratre suo praeposito minor erat, excepto  
eo, si tamen etiam hoc in talibus necessarium videatur,  
quod linguae officium expeditum non habebat, nec tamen  
balbus erat, sed praepropere, ut de talibus dici solet, in pectore  
loquens, in cotidiana locutione minus bene intelligebatur. Si  
autem cum mora aliquanta eum loqui contingebat, non val-  
de in eo defectus huiusmodi apparebat. Rogabat vero sin-  
gulos, ut in locum suum Rudolfum Stederburgensem praepo-  
situm eligerent, qui pro experientia rerum, nam illam eccle-  
siam novem annis rexerat, eos posset se melius gubernare.  
Verum cum fratrum, qui eum in principio elegerant, nulli  
ei ad propositum consentiret, adiecit, se deponenda administra-  
tionis intentionem inflexibiliter concepissem, et si absolute id  
faceret, gravem eis de electione praelatam posse discordiam oboriri.  
Ideoq; esset melius, ut in persona praenominatam, quia esset  
ratione consentirent. Omnibus itaque, eius instantia, pluri-  
bus tamen pro eius reuerentia et dilectione, qua eum nec  
in petitione prorsus irrationabili, contestare volebant, deflexis

Johannes.

Rudolfus Stiederburgensis.  
burgis.

nono à morte Kualtheri præpositi mense, et ipsius mensis  
die XII. sequenti videlicet ascensionis domini die, feateribus  
à voti vinculo absolutis, administrationem resignavit, et  
Rodolfus qui tunc præsens erat, pro ipso, ut p̄herat est ele-  
ctus, hinc in ecclesia Strixburgensi successit Otto de Sebo-  
ninge.

Martinus custos campanam de quinquaginta centenarijs  
fuit, quam Hellebertus Havelbergensis episcopus consecrauit,  
Petronellam nominans.

Campana  
consecrata.

Hellebertus Havelbergensis episcopus obiit, cui successit Sybo  
de Stentale Decanus.

Vlexicus comes de Vutin, filius Henrici, filij, marchionis  
Conradi senioris dysenteria laborans, obiit in castro Vutin,  
III. Cal. octobris, relinquens filium Henricum, ex filia  
Bernhardi ducis, Hetuige nomine, sepultusq; est in sereno  
monte in sinistra Federici comitis patris sui de Brene, pro  
eo oblati sunt beato Petro sex mansi in uilla Lechenik

M. CC. VII.

Hermanus Nienburgensis abbas administrationem suam  
resignavit, in cuius locum Federicus eiusdem ecclesie  
præpositus, est electus.

Ecclesia maior Magdeburgensis cum claustris die parasce-  
ue, qua fuit XII. Cal. Maij igne deleta est. Sequenti  
sabbato Engelsædus Nienburgensis electus in presbyterum,  
et in die sancto Pasche in episcopum ab Alberto Magdebur-  
gense archiepiscopo consecratus est.

Incendiu Mag-  
deburgij.

Tidericus comes de Sumerschenburg, filius Dedonis, filij  
Conradi marchionis senioris, cognito quod Vlexicus comes de

Abbas Com.  
Spahit Luce,  
Magy.

Vultum adhuc uiuens, pecuniam uxori suae et filio sex-  
uandam, in monte sereno deposuisset, eam ablatam, bar-  
ratione, quia tutor pupilli erat, feria secunda paschali  
ad locum uenit, scrutatusq[ue] ecclesiae secretaria, in quibus  
ipsam pecuniam se repperiturum sperauerat, non inuenit,  
quia Rudolfus praepositus molitione eius praecognita, noctur-  
no eam tempore inde sublatam, fecerat diligentius occulta-  
ri. Erat autem summa ut ferebatur CC. marcae. Cum  
itaque inuenienti desperatione ab inquisitione cessans, iam  
abire disponeret, quidam de fratribus, quorum unus fuit  
Tidericus supra commemoratus, ad eum accedens, locum ei  
ubi, quod quaerebat, occultatum erat, monstrauit. Qui in-  
uentum auferens depositum, Herbipolim, quo eum Philippus Herbipoli-  
rex cum alijs principibus euocauerat profectus est. Die de-  
binc quarta septimana pentecostes, quae fuit Idus Iunii,  
obiit, sepultusq[ue] in ecclesia Cellenensi iuxta patrem suum.  
Oblati sunt pro eo tres mansi beato Petro in uilla qua Kuku  
Kastores appellatur.

Tidericus Cellerarius nouum organi instrumentum fecit, Cellerarius  
vetus enim in incendio ecclesiae perijt.

M. CC. VIII.

Rudolfus sereni montis praepositus Ileburg in domo parochiana Rodolphi  
aegrotans, obiit feria palmarum quarta, quae fuit IIII. Non.  
Aprilis, eodemq[ue] die domum reductus, die cena domini  
sepultus est, in australi parte chori, ante lauatorium sacer-  
dotum. Hic a Frederico comite de Brene XIIII. mansos  
in uilla Niendorf, partim pecunia, partim aliorum bonoru  
commutatione redemit, quod factum, etsi aliquid in perso-

Fridricus  
C. Brene

lutione pecunie difficultatis, multum tamen utilitatis cognoscitur habuisse. Ex eo enim tempore feodes longe melioribus, quam prius, pane et cerevisia uti coeperunt, beneficio testici, quod de ipsis mansis soluebatur. Comes etiam ecclesiam ipsius uilla cum quatuor mansis et abinentibus beato Petro dedit, hoc se uelle insinuans, ne defuncto Hextuico Mersburgense canonico, qui eam tunc tenebat, feodum usibus modo aliquo, qui esset conueniens, aptaretur. Emit item prepositus quatuor mansos in uilla Grotz, ab Othone de Puch seniore. Post mortem eius feodes omnes, exceptis electoribus Tiderici, iterato Ioannem concorditer elegerunt, sed nec illi excepti uocabant, suum uersus eligentes prepositum, ab unitate recedere non timuerunt. Ipse quoque electus licet paucioribus, quam prius, electoribus interetur, hac enim uice tres tantum habebat, non tamen tam facile, ut ante, quiescere passus est, sed ex officio hospitalis, cui preerat, equos habens, discurrere, et pro se agere coepit, adeo, ut Albertus archiepiscopus Conrado orientali marchioni pro ipso scriberet, admonens ut fauorem suum ipsi impenderet, asserens, quod trium sacerdotum rationabilis esset electio. Miror autem, quare non et alterius partis rationabilem assereret electionem, quae cum feodibus unioribus plus quam xv. sacerdotes habebat. Quis forte quia illi prepositum plenitudine potestatis utentem iam habentes, eius testimonio non egebant. Marchio itaque die quadam itinervis occasione ad locum ueniens, habens in comitatu Fridericum comitem de Brene, et plures ex Tiderici parentibus, eorum inductus

John G.

Grotz

Otho de Puch

Ioannes

Albertus

Conrado

Fridericus

C. Brene

suasione, à præposito et conventu petitionem exegit, ut  
contra ipsum Tidericum, et ei coherentes nihil innova-  
rent, donec per se ad negotium tractandum posset accede-  
re, quia hoc ei ad præsens non uacaret, et ut illi medio  
tempore de his, quæ ad regularem disciplinam pertinent,  
non ad præpositum, sed ad priorem respectum haberent.  
Sed cum pluribus elapsis diebus causam neglectam daret,  
et illi sua libertate gaudentes, pro uelle uiuerent, insuper  
uerbis sæpe præposito et fratribus iniuriosi existerent,  
præpositus Tiderici marchionis Misnensis adiutorium,  
contra eorum insolentias postulauit. Qui missis nuncijs  
eos à consortio fratrum fecit, et ab ecclesia remoueri.  
Eundem factum Conradus marchio, quia aduocatus erat  
ecclesiæ, non bene ferens, eos per suos nuncios remisit,  
postmodum tamen et ipse personaliter accessit, adhibito secum  
Tiderico Merseburgense episcopo, multis opinantibus Tideri-  
cum propter expulsionis iniuriam, eo die præpositum  
futurum. Fratribus autem petentibus ut privilegium,  
quod Wualtherus præpositus, ipsius adiutorio impetraue-  
rat, recitaretur, marchio consensit, auditumque quod ibi conti-  
neretur, ut is qui à parte maioris et sanioris, uel ab omni-  
bus fratribus in præpositum electus fuerit, obtineat.  
Consilio habito Tiderico et suis præcepit, ut in electione  
ceteris suis fratribus concordarent. Et hunc finem habu-  
it secunda electio Tiderici. Veruntamen præposito usque  
ad uitæ ipsius terminum aduersi, tam ipse quam sui socia-  
les minime desierunt. Inter hæc mortuo Hertzunico Merse-  
burgense canonico, Ioannes præpositus, ecclesiam Niendorff

Tideric.

Tideric.  
M. Mis.

Conrad.

Merseburg.



Nipinf. una de featribus commendavit, volens eam iuxta placi-  
 tum donatorum, featrū usibus applicare. Evolutō  
 tempore aliquanto, Archiepiscopus ecclesiam ipsam Vuat-  
 Waling. thero curiam ecclesie maioris Magdeburgensis decani  
 filio concessit, dicens donationem eius ad se devenisse,  
 quia prepositus eam infra legitimum terminum persone  
 tali, quale oportuerat; non locasset, quoniam curiam  
 parochialem habere claustralibus non liceret, eumq; per  
 archidiaconum Conradum videlicet Hallensem, preposi-  
 tum in possessionem misit, de quo erat opinio, quod  
 ipse ad hoc archiepiscopum incitasset. Ioannes vero prepo-  
 situs rumore comperto, motus animo, mature die altero  
 Nrentorf venit, et Vualthero iam abeunti occurrens,  
 et curiam ecclesiam suam contra ius occupasset, inquirens,  
 manu iniecta uolenter eum de equo deposuit, et nisi hi  
 qui circa ipsum erant, eum continuissent, certum erat,  
 quod nequaquam ab eo sine graui contumeliaecessisset.  
 Et tamen ire permissa, interminatus est ne decetero  
 occasione simili uillam ipsam intrare presumeret, alioquin  
 passurum, quod non speraret, ueraciter affirmabat. Hoc  
 facto permotus archiepiscopus, contra prepositum, tanquam  
 pro uolenta iniectioe, ne manus in clericum in cano-  
 nem incidisset, denunciationis gladium eduxit, quo eum  
 sine dissimulatione ferire coepit, quaquam uersum eum  
 excommunicatum, precipiens denunciari. Eo tempore  
 Simon de Dibene miles, capellam quam in sereno monte  
 supra sepulturam uxoris sue, in septentrionali parte, maio-  
 ris ecclesia construxerat, dedicare uolens, archiepiscopum

Disensio Waling  
 & Ioannis.

Simon de  
 Dibene.

ad locum inuitavit. Quem cum fratres cum processione solenni uellent suscipere, non consensit, nisi prius absoluerentur praestito iuramento, quod statet in eius mandato, quoniam excommunicatos eos pro communione praepositi assererat, qui mandato grauari timentes, diu reuenerunt, donec consilio eorum qui aderam accedente, praecipue tamen Simeone, ne in expensis, quas copiose parauerat damnificaretur, suppliciter rogante, consentente praeposito, per Sibodonem Havelbergensem episcopum *Sibodo* sine omni grauamine absoluti sunt, qui tamen episcopus constanter dicebat, hoc ab eis exigi non debuisse, quoniam, etsi praepositus iuste forsitan excommunicatus fuisset, conuentum pro eius communione, hoc uinculo non teneri. Sicq; accephala, id est sine capite, praeposito uidelicet, facta processione, et suscepto archiepiscopo, ab eodem archiepiscopo, et Sibodone Havelbergense et Kualduino Brandeburgense *Waldem.* episcopis scapella dedicata est, 11. Cal. octob.

*Phil. Imp. occidit.* Philippus rex à Palatino de Vukelingsbach Bauenberg occi *Wittelsb.* ditur, cuius necis ERRehardus Bauenburgensis episcopus *bars.* *Ecce.* et frater eius Marchio de Andasse consocij ferebantur. *Marchii de Andasse.* Sive autem haec opinio uera fuerit, sive non, certum est, episcopum periculum à fidelibus regis timentem propter hoc diebus pluribus exulasse, fratrem uero eius, suis omnibus expoliatum, et marchiam eius à duce Bauaria occupatam, Palatinum uero Henricus de Calathin *Hanc. de Calathin.* max. schalcus regis, postmodum interfecit.

*Otho Imp.* Post mortem Philippi Otho rex omnium consensu principum, in Romanorum imperatorem electus est. Ab hoc

Yualtherus Protonotarij officium consecutus, honoris  
novitate delectatus, ecclesie Nientorf renunciauit, et  
Ioanni præposito reconciliatus est. Archiepiscopus etiã  
priori indignatione deposita, denunciationem eius reuo-  
cauit, et iniuriam eum passum, publice protestatus est.  
sicq; demum præpositus ecclesiam illam uni de fratri-  
bus concessit, qui eam sine cuiuslibet quæstionis scru-  
pulo possedit.

M. CC. IX.

*Tiberius.* Tibericus Misnensis marchio, colloquio in sereno mon-  
te quibusdam suorum fidelium indicto, ad locum venit,  
Tibericus vero eiusdem ecclesie canonicus iam commemo-  
ratus, et quidam de fratribus ei coherentes, Arnolde cuidam  
*Arnoldus.* clerico marchionis, non bono persuaserunt consilio, posse  
eum ecclesiam Nientorf adipisci, si marchio pro ipso  
petitionem porrigere uoluisset. Ille consilio credulus  
Marchionem ad petendum induxit, cui cum nec propo-  
situs, nec fratrum aliquis acquiesceret, exceptis qui consili-  
um dederant, hi enim statim consenserunt, indignatus uehe-  
menter inquisiuit, an scirent quis esset, qui peteret, et utrum  
et aliqui nepare, ac per hoc malam eius uoluntatem me-  
ueri, sibi cederent expedire? Fratres autem veniti non  
uolentes, quoniam petitiones principum coactionem habent, et  
præpositum inuitum, et admodum turbatum, Arnolde  
ecclesiam concedere, promiserunt. Consiliatorum uero  
fuit intentio, ut consensu speciali, deuotos se principi mentiren-  
tur, et si exauditus non fuisset, ipsius ex una parte, si  
uero exauditus fuisset, comitis ex parte altera offensam præ-

Consulant  
Marchionij  
monachi.

populum principum  
sunt mandata.

positus lucraretur, et in ultimo quidem, intentione fraudata non sunt.

*Marchio Conradus suus bellum fecit.*  
Conradus orientalis marchio Lubus castrum soceri sui Lubus  
Vulodislaus ducis Polonia, propter multas, quas ab eo patre  
batur iniurias obsecit. Vulodislaus uero obsidionem ui  
soluere uolens, collecto exercitu copioso, marchioni man  
dauit, se ei die altero congressurum. Vespere autem  
diei praecedentis, Oderam fluvium cum suis omnibus  
transgressus, improvisus superuenire hostibus molebatur.  
Vnus uero eorum qui Supani dicuntur, uehementer ei  
coepit obsistere, monens ne tempus pugna statutum, praee  
ueniret, quia hoc factum nullius uictus, quam infidelitatis  
posset nomine appellari. Quem cum dux timiditatis  
argueret, et fidelitatis qua ei teneretur commoneret,  
respondit, Ego quidem ad pugnam pergo, sed scio me  
patriam meam de caetero non uisurum. Habebant autem  
ducem belli Pbitonissam quantam, qua de flumine cubro  
haustam, nec defluentem, ut ferebatur, ducens aquam, exer  
citum praecedebat, et hoc signo eis uictoriam promittebat.  
*Marchionis industria.*  
*Pbitonissa.*  
Nec latuit marchionem aduentus eorum, sed mature suis  
armatis et ordinatis occurrens, forti congressu omnes in  
fugam conuertit, Pbitonissa primitus interfecta, ille etiam  
Supanus uixiliter pugnans, cum multis alijs interfectus  
est, et nisi hora tardiore fugientibus praesidium attulisset, uen  
entam nimis uictoriam fieri contigisset, multi tamen ex  
eis cum fugerent, imersi in paludibus ferebantur. Marchio  
uero post uictoriam reuersus, castrum cepit, tutoribus eius  
suspendio damnatis.

Lubus.  
Conradus  
M.  
Vulodislaus  
D.

Oderam

Supani

*Poloni confis  
lum dolo  
sum*

*Confiliarius  
fretus et  
ling.*

*Marchionis  
industria.*

*Pbitonissa.*

Roma. Ottho rex ab Innocentio papa III. Romae in imperatorem consecratur. *Otho Imp. con. consecratur*

Primi praedicatorum genti Prutenorum missi sunt.

Elizabeth marchionissa uxor Conradi marchionis, soror

ho. Valodislar ducis obiit 1111. Non. Aprilis, sepultaq. est Do.

berluge. Haec beato Petro <sup>praetor</sup> multa alia bonae uoluntatis indicia XVIII. marcas obtulit.

M. CC. X.

Conradus marchio orientalis, filius Dedonis, filij

Conradi marchionis senioris obiit 11. Non. Maij. Se-

pultusq. est Cellena apud patrem suum, uir audax,

et in armis strenuus, largus et fidelitate praecipue

famosus.

*Marggraff Conrad  
zu Lunzig abt. 1110*

Ecclesia sexeni montis, turbatione non minima fluctua-

bat. Tiberico enim, eiusq. socijs machinationibus no-

uis assidue praepositum impetentibus, cum fratres alij,

praecipue iuniores inconsulta animositate, se eis oppone-

rent, frequentes et asperae inter eos uerborum pugnae

exertabantur, illis quidem occasionem nullam, si qua

eis forte porrecta fuisset, omittentibus, quin praepositum

detractionibus lacerarent, de mala eum administra-

tione culpantes; istis autem obsequium se Deo praestare

arbitrantibus, si eum, quem iniuriarum certissime no-

uant, etiam libus fuerentur. Sed non eo modo seruitur

Deo, quia in scis sura mentium Deus non est. Inter

hos unus de fratribus senioribus, qui quidem alias lau-

dabilem ducebat uitam, sed derogantibus facile credebat.

*Monachorum  
rixo.*

cum petitionem eius aliquam præpositus non admisisset, et  
pro hac re turbaretur, ad animum eius turbatum accessit  
Tibericus saepe dictus, congreganti filius, et fermentum omnis  
luxuriam, docens, nullo erga eum affectu teneri præpo-  
situm, sed solummodo uoluntati iuuenum inclinatum,  
qui ut pro eo litibus deservirent, eos, ut ipse posset perpen-  
dere, ad placitum uiuere, non uetaret. Persuasit homini,  
et ita eum a proci intentione subuertit, ut palam aduer-  
sarium se præposito denunciaret. Non parum autem  
auctoritatis parti suæ apud extraneos, qui causam ueraci-  
ter nesciebant, tali socio acquisiuit, quibus iam non  
procerus irrationabilis uidebatur eius motus, quem talis  
uiri probaret assensus. Cum uero et alius quidam  
de iunioribus, ad partem eius declinasset, tanta fiducia  
uti coepit, ut ad Tibericum Misnensem marchionem, <sup>Tibericus</sup>  
ad quem advocata loci, mortuo Conrado Marchione <sup>M. Mis.</sup>  
deuenerat, crebro curaret, et præpositum accusaret,  
petens ut ecclesie illi mature consulere, alioquin in bre-  
ui ad extremum defectum per negligentiam præpositi foret  
uentura, et ne forte a præposito, pro huiusmodi discus-  
su grauaretur, literam quandam cum sigillo Mar-  
chionis, præposito missam exhibuit, cuius tenor fuit,  
uelle marchionem ut Tibericus et eius socij, qui ibi  
nominati exprimebantur, pro ecclesie suæ negocijs  
libere ad ipsum irent et redirent, nec debere eos  
propter hoc quidquam grauaminis sustinere. Vtrum  
autem hæc litera subrepticia fuerit, an uera, incertum

Tibericus  
M. Mis.

est. Præpositus tamen propter illam nec plus, nec minus patens fuit, sed eodem modo semper eum æquanimitè toleravit. Tanta autem instantia cooperantibus amicis suis, accusationem promovit, ut ad cognoscendam causam personarum princeps accedere cogereetur.

*Brenndy*  
*D.*  
*Hansig*  
*C. Arch.*  
*nie*  
*Albany D.*

Verum quò illo tempore inter ipsum, et filios Bernardi ducis, avunculi sui, Henricum comitem Ascharia et Albertum ducem, discordia vertebatur, cavens

*Discordia*  
*prinapum.*

ne eorum pateret insultus, cum C. et XXX. militibus die natali apostolorum sexenium montem venit, ita contra præpositum animo concitatus, ut nullus dubitaret eum ab administratione remouendum. At-

*Tidrig.*  
*Philipp*

erant cum ipso, episcopi duo, Tidricus Mersburgensis et Philippus Ratisburgensis. Aderat quoque foetus præpositi aduersarius, coniux marchionis, contra ipsum, querimonis foeminarum conuersarum, qua serores appellantur, uehementer incitata, propter quoddam earum ædificium superfluum et nocuum, et de quo non semel locus fuerat infamatus, quod præpositus testentur, in quo graue eum fecisse damnum ecclesie queiebantur, harum etiam legatione apud principem Tidricus functus est. Quomodo non uix iste flagellum in se Dei cognosceret, contra quem etiam, propter foeminarum illarum deliramenta, principes commouebantur, propter quod patientia semper studebat, ne malicia aliena per impatientiam auctore existere uideretur. Verum Philippus episcopus cum de toto negotio à fidelibus præpositi plene fuisset instructus, uespere ad marchionem adiens,

eum diligenter de singulis expedit, attendens omnem  
motum illorum aduersus præpositum, non ex zelo dei, sed  
ex radice malicia principium habere, eumq; ab indignatio-  
ne ex parte maxima reuocauit. Veruntamen marchio  
talia se de præposito auditurum arbitrabatur, propter quæ  
non posset ab eius grauamine temperari. Die sequenti,  
præposito cum fratribus in domo capituli congregatis Mar-  
chio cum episcopis et tribus nobilibus Guncelino de Crozuc,  
Conrado de SRane, et Burchardo de Mansvelt, et quibus-  
dam ministerialibus intrauit. Consedentibus autem omni-  
bus, accusatores illi in medium procedentes, aduocatum a  
marchione petierunt ERRebardum Merseburgensem ca-  
nonicum, qui erat consanguineus Tiberici, in quo etiam  
non parum, quia competenter literatus erat, confidere  
uidebantur. Marchio respondit inconueniens sibi uideri,  
ut ERRebardus cui ignota esset regularis ordinis disciplina,  
causa illius aduocatus existeret, eligerent potius unum  
de fratribus suis, uel ipse pro se, ut possent melius, loqueren-  
tur. Tunc frater ille senior iam dictus, inquisiuit an  
secundum ius ecclesiasticum, eis iusticiam de præposito  
se promitteret exhibere, Marchio audiens ius ecclesiasti-  
cum, ueloci intellectu coniecit, quod erat uerum, eos ali-  
quid causa criminalis obiectare uelle, et respondit, se con-  
fessionis audientie officium non habere, nec de peccatis sibi  
iudicium usurpare, sed si dispendio uerum suarum ali-  
quid haberent dicere, ut hoc ad emendationem ueniret, se  
modis omnibus cooperaturum. Illi uero protulerunt scriptu-  
ram, accusationes præpositi multiplices continentem, quarum  
aliquæ parum quidem rationis habebant, sed tamen maliciam

Cognoscit eam  
præpositus a  
marchione.

Marchio  
acutus.

Guncelino  
de Crozuc.

Conrado  
de SRane.

Burchardo  
de Mansvelt.

ERRebardo.



accusantium non celabant, quædam uero satis exant  
 graues, sed ad præpositum non pertinentes, licet ad eum  
 uolente retorquerentur. Cui enim rectum sapiens  
 si uerba grata, prælati cuiusque, subditus quilibet ipso  
 ignorante, et quantum potest prohibente, fornicationem  
 uel aliud peccatum graue commiserit, hoc præposito  
 dixerit imputandum, ita ut pro eo ipse criminalis culpa  
 reus teneatur, propter quod etiam audientibus cunctis,  
 accusatores illi ualde displicuerunt, ita ut dicerent, digne  
 eos tali loco retinendos, in quo solis aspectus eis per anni  
 spacium negaretur. Omnibus autem obiectis euidenter  
 a præposito dissolutis, cum etiam marchio nonnulla,  
 ipsum præueniens improbareret, considerans illos ad hoc  
 niti tantum, ut si fieri posset præpositus grauaretur, quod præbenda.  
 tamen de defectu præbenda, illi inter cetera non siluerunt,  
 benignè admonuit, ut de hoc quantum posset fratribus  
 suis satisfaceret, tumq; ipsi hoc cotidiano Dei seruitio  
 mererentur, tum etiam ut eis malignandi contra se accusa-  
 tionem decetero amputaret. Cum uero etiam præpositus  
 de illis querimoniam deponeret, respondit marchio,  
 rectus eum de subditorum suorum excessibus, in capi-  
 tulo suo tractare, secundum sui ordinis disciplinam.  
 siq; discedens illius colloquii finem fecit. Præpositus  
 considerans profectum sebi aduersantium, sua natura  
 patientia, die altera fratres ipsos de his, quæ contra ipsum  
 et ecclesiam suam commiserant, in capitulo arguere  
 coepit, illi autem contra stimulum calcitrantes, ad præ-  
 sentiam marchionis appellauerunt, et contumaciter de

capitulo recesserunt. Præpositus uero missis post eos frat-  
ribus benigne eos commonere studuit, ut se Deo pro suis  
excessibus humiliantes, ad poenitentiam redirent, nec se  
à consorcio fratrum suorum amputarent. Philippus quoque <sup>philippus</sup>  
episcopus, qui post successum marchionis in loco remanse-  
rat, à præposito et fratribus rogatus, ad melius eos exhor-  
tando, præpositum diutius laborauit, sed cum admonitione  
nullatenus flecterentur, præpositus consilio episcopi, excom-  
municationis contra eos sententiam promulgauit, præcipi-  
ens eis etiam uitalia denegari, sicque pariter ab ecclesia  
recesserunt. Frater autem ille senior, aliquantibus euolu-  
tis diebus, cum humilitate reditum petens, cunctis gratula-  
tibus receptus est, licet rancorem conceptum usque in  
finem uisus fuerit tenuisse. Cæteri autem diuersis Tide-  
nici amicis eos colligentibus, hospitia mutantes diutius  
remanserunt. Inter hæc præpositus duos de fratribus  
ad gradum sacerdotij promouendos, Alberto archiepiscopo <sup>Albano</sup>  
Magdeburgensi destinauit, quod Tidencium non latuit, sed  
etiam ipse et duo eius socij pariter affuerunt, rogantes  
archiepiscopum et capitulum ne ordinauerit, dicentes eos  
in suum præiudicium promoueri. Petebat autem pro <sup>Albano</sup>  
eis Albertus decanus, qui Vualtheri filij sui ueterem <sup>Walteri</sup>  
adhuc uidebatur iniuriam in præposito uindicare. Consi-  
lium autem capituli fuit, ut archiepiscopus missos ordina-  
ret, quia si hoc propter istorum uanam suggestionem non  
faceret, illi iuxta suum priuilegium libertatem haberent,  
à quocumque uellent episcopo ordinari, quo facto tantum  
iuris et in illa ecclesia deperiret, sicque remotis contradi-

Albano  
Walteri

H  
H

onibus ille ordinati, et ab archiepiscopo cum leperis  
 commendatijs ad suam ecclesiam remisit sunt. Amici  
 vero Tiderici minus multis prepositum attentabant,  
 qui etiam ab eius iniurijs ubicunque ad eorum uenis  
 set potentiam, uidelicet in placitis provincialibus, uel alijs  
 locis, ubi eum diuersari ecclesie sue cogebat neces-  
 tas, minime temperabant. Sed cum ille propter hoc, in  
 nullo a sui rigore proposito relaxaretur, cum nulla  
 eis de marchione fiducia remansisset, tandem ad preces  
 conuertuntur, primo quidem hoc obtinere uolentes,  
 ut absolute et sine poena qualicunque reciperentur,  
 et Tiderico hospitalis officium redderetur, quod cum  
 penitus impetrare non possent, tandem eo contenti fue-  
 runt, ut ceteris cum disciplina receptis debita, Tidericus  
 tantum nudis pedibus, et habitu nigro ueniam petens  
 nihil pene alterius sustineret. Postmodum autem multis  
 pro eo petentibus, et praecipue Tiderico Meursburgense  
 episcopo, prepositus hospitalis officium ei reddere coactus  
 est, sed cum nec dum ab eius uexatione ille quiesce-  
 ret, tandem consilio habito eum in parochiam Hileburg  
 destinavit, featre qui eam prius tenuerat, in hospitalis  
 officio collocato

penitentia  
 monachorum

Hileburg.

Tideric.

Tidericus marchio Misnensis, marchiam orientalem pro  
 quindecim millibus marcis ab imperatore redemit, ex  
 quibus decem millia soluit, quinque uero ei impera-  
 tor remisit.

Marchis Misnensis  
 Zusaam redimit.

Hedwigis

Hedwigis comitissa de Brene obiit xi. Cal. Martij, sepulta  
 est in ecclesia sua Brene, pro eo oblate sunt beato Petro

quindecim marca.

M. CC. XI.

Conradus Hallensis ecclesie prepositus cruce signatus ad partes transmarinas proficiscens in itinere obiit, in portu qui Acun dicitur, ubi et Albertus decanus Magdeburgensis, et multi alij eiusdem peregrinationis socij obierunt. Hinc successit Poppo eiusdem ecclesie canonicus.

Conradus.  
Poppo.  
Albertus.

Godofridus quoque prepositus de Rezone, administratione sua resignata canonicus serenimontis, ad claustrum quoddam cisterciensis ordinis Lanin nomine, non qui dem in habitu, sed in loco specialiter sibi deputato manens, se contulit, ubi et mortuus est, pro quo predictus Poppo electus et in preposituram inductus, audita morte prepositi Conradi pedem retraxit a uoto sororum, et cura suscipienda interim se suspendens, et attentans tam per se, quam per alios, si forte in eius locum sibi daretur copia succedendi, quod consecutus, suo promouit consilio, ut ecclesie ad quam primo electus fuerat, unus de suis canonicis Ericus nomine, quo libenter carebat in prepositum eligeretur.

Godofridus.  
Rezone.

Lanin

Ericus.

Federicus Nienburgensis abbas obiit, cui successit Geruo Nienburg hospes collectus est, ubi cum pueris aliquandiu prefuisset, a Federico abbate in capellanum assumptus est, et ab eodem officio prelati, et in abbacia aduena successore factus est.

Federicus.  
Geruo.

Nienburg.  
Euanedisi.  
dorf.

Otbo imperator

Otho imperator cum in consecratione sua, ut fieri solet, iurasset se bona imperii conservare, et a quolibet detenta, repetere, Viterbium et alias quasdam civitates, quas antecessores sui beato Petro contulerunt, hac ratione coepit impetere, quas etiam multis et gravibus damnis affectit,

Othonis Imp.  
25 p. 20.

Viterbium

Præterea Fredericum regem Siciliae, Henrici imperatoris filium persequi, et expugnare aggressus est, eumque regnum suum de manu eius accipere compellebat. Pro his causis ab Innocentio Papa excommunicatus est. Fertur autem cum in Sicilia moraretur, somnium vidisse, quod ursus parvulus lectum eius, cum ipse in eo quiesceret ascendisset, qui paulatim ita crevit ut ipsum de lecto eijceret. Quod cum fidelibus suis retulisset, ipsi hæc super eodem rege Siciliae interpretati sunt, quod videlicet pro eo esset imperium habiturus.

Somnium Othonis Imp.

Ioannes

Ioannes serenitatis præpositus ex multa animi turbatione, cuius et cotidiani, sibi adversantium insultus causa fuerunt, apertitudinem incurrens, decubuit, cumque diem deficientibus in eo viribus morbus augetur, sciens pulsanti domino aperiendum esse, ad mortem æquanimiter ex ipsius voluntate perferendam, se sicut præparare, cum etiam hoc ei præsentis vite tedium generaret, quod per eos, cum quibus, et pro quibus salvari sperandum ei fuisset, ad salutis periculum duceretur. Proinde memoria retinens, quoniam iudicabit dominus extrema terra

hoc est unumquemque hominem, secundum ea in quibus eum finis inueniret, faciem eius deuota et fidei confessione praueuiens, euocatis ad se fratribus omnibus generatim, deinde nominatim eos, quos aduersarios habuerat, sollicitè rogat, ut ea in quibus per ipsum aliquando grauati fuissent, pro uera caritate, ex corde sibi remittere dignarentur, quod ei se facere, fideliter testabantur, ac eum sacra olei unctione, et Christi corporis communionem ad communem exitum praepararent. His cum deuotione debita consumatis, uestri se petijt et calciauit, sicq; à circumstantibus de lecto leuatus, ipsis iuuantibus supra cilicium cinere aspersum sternitur, in eo suae uocationis horam desiderans expectabat, cum uero in hoc strato pernoctasset, et die sequenti per signa sudoris erumpentis euasurus speraret, fratribus rogantibus imò cogentibus, ad lectum redire se permisit, qui eius desiderio tenebantur.

Tempore uero non longe ante hoc exacto, aliud in eo malum quoddam apparuerat, à quo tamen per dei gratiam medici fidelis adiutorio liberatus est. In toto enim corpore, etiam in uolis pedum, sanies collecta, cutem per loca crebra rumpebat, et ipsae rupturae sanie plenae, quasi canthara uidebantur. Febre itaque per sudorem terminata, nasus ab anteriore parte paulatim nigrescens, in hoc malo totus occupatus, et omnino à capite separatus, magnae deformitatis spectaculum inuentibus exhibebat. Nec deerant etiam medicinae artis periti, qui ueneni haec esse signa manifestissima testa-

f. Gallicum

Hilburg. ventur. Igitur cum infirmari prepositum Hilburg  
nunciatum fuisset, Fredericus statim eius cotidianis  
nuncijs studuit explorare, quem desperare audiens,  
ipse quoque personaliter aduenit, et olim sibi atten-  
tato negotio, nunc totis viribus insistebat, multis  
et diuersis promissionibus paucos suos fautores  
conciliando, quorum etiam rebus prospere euentibus  
in tantum auctus est numerus, ut pene adhuc  
uivente preposito se confideret eligendum. Verum  
cum, sicut dictum est, febre liberatus, naso perditio  
uicturus putaretur, hoc ei pro crimine coeperunt  
obicere, dicentes se nolle habere prepositum denasa-  
tum. In quo tamen diuinae uoluntati, licet diuersa  
fuerit uoluntatum qualitas, concordabant. Nam quod  
Deus quoque iusta et bona uoluntate, eum diutius  
non esse prepositum uoluerit, declarauit, quem  
tertio illius mutilationis die, abbas luce subtraxit.  
Obijt autem feria quarta, hora uespertina die  
marthini. Perpetuae et Felicitatis, atque utinam <sup>Frater dubitant.</sup>  
ad perpetuam abierit felicitatem. Sedit annis ter-  
bus, mensibus undecim, diebus quatuor. Sepultus  
uero est a Poppone Hallensi preposito, in dextera  
Waltheri prepositi fratris sui.

fid. C. Bena. Huius temporibus Fredericus comes de Brene pro  
Niendorf. pter rancorem, quem pro ecclesia Niendorf habuit,  
Lubatsdorf. quaedam bona in uilla Lubatsdorf, et locis uicinis  
quae ecclesia serenit montis diu possederat coepit  
uepetere, dicens ea suae proprietatis esse, et sine suo

prepositus  
sine Naso.

consensu uendita fuisse. Pro his dedit ei præpositus  
quinquaginta marcas. Ab eodem comite emi-  
tes mansos pro 222. maris. Magnam etiam  
partem pecunie, quam Rodolfus præpositus pro uilla Rodolfus.  
Niendorf reddere tenebatur, soluit, et inter hæc domi-  
bonis omnibus abundauit.

Post humationem Ioannis præpositi die sequenti,  
quæ fuit sexta feria, septimana Letare Ierusalem, fra-  
tribus in capitulo collectis, Prioris hoc fuit consilium  
et exhortatio, ut electio donec post solennitatem pa-  
schalem differretur, ne forte eius occasione, aliqua  
inter ipsos turbatio in sacro tempore proueniret. Sed  
illi qui de Tidrico eligendo iam concordauerant,  
isti consilio non consenserunt, sed in continenti eli-  
gendum censuerunt. Sicq; ad eorum instantiam  
electio facta, fratres inter se diuisi sunt, Prior  
enim et alij cum eo XII. unum de fratribus Wich-  
nandum nomine elegerunt. Erant autem isti qui  
Ioanni præposito usque in finem familiariter  
adhæserunt, alij omnes uicinarum numerum  
excedentes, multiplicati enim erant super nume-  
rum, Tidricum unanimiter elegerunt. Isti nihil  
aliud nisi electionem suam ipso iure roboratam,  
indissolubilem cogitantes, partem alteram, utpote in-  
firmam, ad consensum suum deflectere conabantur,  
et instanter hoc agebant, adeo ut simul omnes eorum  
illo procedentes, eos ab electione sua, quæ stare non  
posset, cedere postularent, illi uero cum eis similem

Electi Vn-  
uit.

Wichnandy.

Tidric.



reuerentiam exhibuissent, similia ab eis petentes, uerentes tamen ne numero confisi aliquid uolenter agerent, electionem suam appellatione interposita mutauerunt, et ita ab inuicem recesserunt. Porro isti mutuo se ad constantiam hortabantur, uno ex eis, qui Tiberico à primo conatu suo cooperatores extiterant decente, ut considerarent, quod electus ipsorum uirtutis, et cuius parentibus hac occasione ecclesiae suae obligatis, bonum maximum in commune eis procuratum esset, iam tertio, ab illis maxime à quibus etiam nunc contemptus reijceretur, ea sola causa quia scirent se potestate qua hactenus super eos iniuste se extulissent, faciente, eius iusticia carituros, et ut pro his etiam indignari addiscerent, quod illi pauci fortè inique opprimere conarentur. Alter uero hoc electum suum admonerat, ut memoria retineret, non idcirco eum ab illis electum, ut cum illi ei honoris causa extiterint, postmodum confirmatus, nec sibi aduersantes in dignitatibus et commodis agere, se autem priuatos et abiectos uiuere patiantur. Erant enim in parte altera prior, et ei proximus senior parochianus capella uestris. Hospitalarius qui erat electus custos, cellerarius, parochianus de Sursbece, ad quorum officia plerique istorum aspirabant. Nonnulli autem ipsorum non propter ista, sed pro solo odio quorundam fratrum alterius partis in electione Tiberici consenserant, scientes eum praepositum factum, occasione inuenta ab eorum gra-

namine nullatenus abstinere. Talibus causis scilicet spe commodi uel honoris consequendi, et pro priuatis odijs uindicandis uix ille electus est, neque enim Dei causa eligi potuit, qui Dei timore semper uacuus et dominandi cupiditate plenus fuit.

Talem eum fuisse nulli melius, quam electores sui nouerant, sed eis de causis predictis maxime idoneus uidebatur. Miror autem considerantibus electionem, si non horrenda uideatur huiusmodi electio.

Eligere.

Eligere namque aliquid est ipsum optimum iudicando e numero aliorum legere, hoc est, tollere, uerbum uero electionis simile est uerbo iurationis.

Cum enim dicitur, in nomine patris et filij et spiritus sancti eligo talem in patrem spirituales, et in prepositum, tale est ac si diceretur, Dico per patrem, et filium et spiritum sanctum, talem optimum hominem uideri ad ecclesiam regendam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ut pater spiritualis ad spiritualium prepositus, ad temporalium prouisionem pertinere uideatur, quamuis in communi sermone nomine prepositi utrumque intelligere soleamus, propter hoc ne assumenti nomen Dei sui inuani, et per inuocationem tanti nominis aliud, quam gloriam Dei querenti, et ob hoc inutilem et nonnunquam noxiam scienter electionem facere non timenti. Verum isti licet finem causae magnopere desiderarent, tamen usque ad pascha qui euerunt. Interim diuersis Tiberici amicis, parte alteram attentantibus, si ad compositionem faciendam

eos uellent admittere, non consenserunt, sed unum  
 de numero suorum feria iiii. Palmarum ad  
 Tidericum marchionem festinantes, rogabant ut eis  
 et ecclesia sua in hoc negocio prouideret, electio-  
 nem alteram impediendo, cum et ipse uirum illum  
 ad regimen ecclesie minus idoneum non ignora-  
 ret, quod etiam marchio fatebatur. Tidericus  
 uero metuens ne conatus eius per marchionem  
 impediunt, die parasceue ad priorem accedens,  
 dicebat se cum dolore pensare, diuturnitatem  
 illius dissensionis ualde damnosam esse, se omni-

no ad finem rei tendere, et Tidericum Mersebur-  
 gensem episcopum ut fini adesset invitare uelle,  
 petebatq; ut literas invitationis, sigillo ecclesie  
 sigillaret. Prior uero nihil aliud his uerbis si-  
 gnificari cecidens, nisi quod ab electione recedere  
 uellet, et se consilio episcopi submittere, literis  
 illis sigillum apposuit, quod ille callide consecu-  
 tus, feateribus alterius partis ignorantibus ad se-  
 cundam feriam paschalem episcopum ex parte

capituli inuitauit. Eo tempore Albertus archi-  
 episcopus, contra imperatorem sedes apostolica le-  
 gatus fuerat constitutus, ad quem duo de electori-  
 bus Tiderici uenientes, petebant ut parti ipsorum  
 adiutor fieri dignaretur. Quo de modo adiutorij  
 ab eis inquirente, talem modum suggererunt,  
 ut electo ipsorum curam porrigeret, eiq; possessio-  
 nem confirmaret, quia hoc, eum ratione legationis  
 sue posse facere, uideretur. Archiepiscopus ue-

Tidericus M.

Tidericus E.

Altab. Aec.

spondit se non ignorare quantum iuris in ecclesia  
ipsorum haberet, et si hoc ipsi forsitan scire nollent,  
nec aliqua ratione ius sibi summi pontificis usur-  
pare.

M. CC. XII.

Tibericus Merseburgensis episcopus a capitulo  
sexeni montis se inuitatum coeetens feria 21. pasche  
ad locum uenit. Eo anno solennitas paschalis  
euenerat, in die incarnationis Christi, die sequenti  
hora diei tertia. omnes Tiberici electores adiunctis  
sibi laicis featuribus, qui omnes in parte ipsorum  
sentiebant, ad episcopum uenerunt, petentes ut nu-  
merositate eorum considerata, electioni ipsorum  
fauorem suum impenderet, addentes, se, quod iure  
facere deberent, in facto suo uelle procedere, electo  
suo solennitatem debitam impendendo. Episcopo autem  
hoc sur non esse consilij dicente, nimis stulte eos  
agere, et ut quiescerent potius exhortante. Illi ab  
eo recesserunt, et eodem itinere claustrum ingressi,  
secundum quod ipse electus eis ordinauerat, assumptis  
scholaribus, quorum magister pariter ipsorum erat,  
euentis in cantum uocibus, electum suum ducentes, ad  
ecclesiam festinabant. Quorum unus, qui tamen  
praecipuus negocij executive fuerat, nescio unde  
corde motus, alteri cuidam loquens, uereri se dixit,  
ne ille sublimis cantus, flendi eis causa fieret in  
futureo. Tantus autem fuit eorum impetus ut per  
duo ostia ecclesiae, quae ad claustrum ducunt,

Modestus nos  
nachorum.

simul irruerent processionis ordine non ser-  
 uato. Custodes etiam tam ad ostia, quam ad signa  
 ecclesiae, de suo numero, ne quod a parte altera im-  
 pedimentum surgeret, et unum fratrem laicum  
 in pulpito, qui populum ad dei laudes pro electo  
 sibi praeposito situ commoueret, et ipse primus  
 canere inciperet, ordinarent, sicq; clero et populo  
 concinente, et signis consonantibus. Tibericus ad  
 faciem patroni, ante altare producebatur. Inter  
 psallendum uero clerici dextrum, et laici fratres  
 sinistram chorum tenebant, quod monstrum  
 nunquam prius in ecclesia uisum est, ad quod  
 tamen figurandum, istos fortassis antiquum Ro-  
 manorum induxit exemplum, qui aliquando pro  
 sui paucitate, seruos ad maliciam assumere sunt  
 coacti, licet isti legitimorum personarum nu-  
 mero abundarent. Fratribus sane laicis, in ele-  
 ctionibus praelatorum, nihil unquam iuris fuit,  
 nec ad solennitates huiusmodi admittebantur,  
 tantum electo simpliciter obedientiam promitte-  
 bant. Verum, isti numerum extrinsecus tantope-  
 re requirentes, parum se de causae suae iusticia  
 confitere declarabant. Fratres uero alterius  
 partis, etsi possent nihil tamen inepte contra  
 agere molientes, quidam tuebatur se subtrahere,  
 quidam uero iocose illis admixti finem negocij  
 expectabant. Episcopus praesentiam suam  
 superuacuum esse considerans, et se fraude, quasi  
 ad spectandam ineptiam inuitatum, intelligens,

Monstrum in  
 Ecclesia mirabile.

Claves Coeli  
monachorum.

grauiter tulit, et refectioe festine percepta, dis-  
cessit. Tidericus itaque omnibus suis foeminis  
etiam sororibus, per quas non parum adiutorij  
parti eius accessit, uoto sibi obligatis, de caetero pro  
preposito se gerebat. Denique cellerario, misso  
nuncio mandauit, ut claves cellarij et coquinae,  
quas ille remota eorundem officiorum feateribus  
tulerat, sibi praesentaret. Quod cum ille ueniret,  
alium pro eo cellerarium ordinauit, sicq; per bi-  
duum in praepositi dignitate se exhibens, feria  
quinta Illeburg profectus est. Nuncius interea  
huius solennitatis, ad fratrem illum, qui alterius  
partis legatione apud marchionem fungebatur, et  
nesqum ab eo recesserat directus est. Marchio  
statim rumore comperito fratrem ipsum ad quendam  
fidelem suum Tidericum de Sladebach, qui eo tem-  
pore castrum Vuthin tenebat, destinauit, mandans  
ei ut personaliter ad locum accedens, omnia quae a Tiderico  
renouata fuerant reuertat, ipsumq; ab omni  
praepositi excluderet potestate. Mandauerat etiam  
omnibus eius fautoribus uidualia denegari, a quo  
eum frater ille legatus, ne hoc maioris discordiae caus-  
sa fieret renouauit. Ille itaque iuxta mandatum  
adueniens, nouum cellerarium ab officio remouit,  
ueteri restituto, cui etiam claves curiae praepositi  
praesentari fecit, rebus Tiderici quae illuc iam com-  
portata fuerat exportatis, feateribus etiam laicis  
in officijs constitutis, praecipit, ut si grauamine care-  
re uellent, ei et non alteri obedirent. Haecq; muta-

Illeburg

Tider. de  
Sladebach.  
Wuthin.

hunc facta. Vultu reuersus est, unum post se  
 seruatorum suorum relinquens, per quem, siquid  
 noui surgeret, serue posset. His autem Heburp  
 nunciatis, Tidericus uidens difficultatem sibi fa-  
 ctam ab accessu claustrum interim abstinere melius  
 iudicauit. Veruntamen quilibet aggredi, quam  
 ab incoepo cedere apud se reuocabiliter defini-  
 uit. Nec defuerunt inter hoc featuribus in clau-  
 stris constitutis, contentiones et pugnae uerborum,  
 his qui erant partis eius hoc fixe proponentibus,  
 quod si eorum prepositum aliquid, quod non spe-  
 rarent a marchione patri contingeret, nequaquam  
 se ab alterius partis grauamine temperarent.

Tidericus non  
 propriis  
 uicibus

Hans Mr.  
 Schug.

Secundus

Consilio itaque featuris sui Heimrici Mersebur-  
 gensis prepositi, et aliorum quorundam amico-  
 rum suorum animum marchionis per Ekke-  
 hardum Merseburgensem canonicum consangui-  
 neum, attentare cepit, si eum ad suum consen-  
 sum posset modo aliquo inclinare. Cuius multa  
 Flexus marchio priore mandauit et capitulo, ut  
 in dominica qua cantabatur tubilate deo, sex

Lipzig.

de partibus suis, Lipzke ad eius presentiam  
 mitterentur, cum quibus de causa prepositura  
 tractare uellet. Priore partis sue quinque seni-  
 oribus featuribus secum assumptis profectus est,  
 Tidericus uero duobus tantum iunioribus homo-  
 relictis, alijs omnibus suis comitatus aduenit.

Comitatus  
 Lipzke.

Engelhardus E.  
 Tidericus E.

Episcopi qui cum Marchione aderant Engelhardus  
 Nuenburgensis, et Tidericus Merseburgensis

de uerbo marchionis à partibus exegerunt, ut causam  
eorum committerent arbitrio terminandum. Quo  
compromisso collocuti Marchioni, redierunt, Tideri  
cum præpositum esse debere, ex arbitrio pronunciantes,  
et ut ab eis, qui essent præsentis, alterius partis incon-  
nenti eligeretur præcipientes, quod sic factum est.  
Episcoporum sane alter, Merseburgensis scilicet, post-  
modum huius arbitrij non parum poenitens, pro  
uoluntate marchionis sententiam se tulisse, curdam  
familiarium suorum confessus est, eumq; pro conse-  
su suo accepisse pecuniam testabatur. Ipse etiam  
marchio eo tempore quo EK Rehardus apud eum  
negociabatur, curdam clericorum suorum LX.  
marcas sibi pro præpositura serenimontis, quasi  
iocando retulit, oblatas fuisse. Idem annis singu-  
lis unum quod feateribus superesse poterat, emere  
solebat, ex quo mercatu, tempore quo Ioannes præ-  
positus obiit fere CCC. marcas reddere tenebatur.  
Cuius debiti cum eum Conradus episcopus de  
Sichem, petente capitulo, postea commoneret, totum  
sibi dimissum esse respondit. In ipso autem instan-  
ti, quo arbitrium promulgandum fuit, cum cuncta  
et aliquantum marchio uideretur, et familiares  
eius secretè cum Tiderico cæterò colloquerentur,  
feater ille senior, quem Tidericus à familiaritate  
Ioannis præpositi auocauerat, cuius erat nomen  
Hartmodus, suspectum habens negotium, causa fa-  
miliaritatis, quæsiuit ab eo, quæ esset causa horum

Tidericus post  
confirmatus.

premia mali  
hunc suffragi  
omni infra.

Ecceus nega-  
tor.

Conradus de  
Sichem. E.

Hartmodus.



colloquiorum, et pro quo Marchio cunctaretur.  
 Ille autem tum pro reuerentia uiri, tum etiam  
 inquisitionis instantia, uerba quibus ueritatem  
 conuenienter palliare, non inueniens, æque quod  
 uerum erat respondit, causam prout uellet ter-  
 minari non posse, nisi in continenti C. marcas  
 marchioni promitteret se daturum. Hoc feater  
 ille postmodum rebus inter ipsum et præpositum  
 aliter, quam tunc, se habentibus, fatebatur. Vxo-  
 rem etiam marchionis et quosdam familiares  
 ipsorum expertes donationis non fuisse, comper-  
 tum est. Sed has omnes difficultates Heinri-  
 cus Merseburgensis præpositus, utpote uir litera-  
 tus et prudens breuiter absoluit, dicens, featerem  
 suum non præposituram, sed gratiam comparasse  
 marchionis, pecunia. Viderit tamen ipse, utrum  
 recte appellauerit gratiam, non gratis datam.  
 Tidericus itaque præpositus confirmatus, habens  
 in comitatu Ekkehardum marchionis nuncium,  
 domum uenit, collectisq; feateribus eis, qui de parte  
 altera restabant, idem nuncius uerbis Marchio-  
 nis præcepit, ut in electione alijs concordarent,  
 aut de loco ipso sibi cognoscerent emigrandum.  
 Ille consortio featerum suorum carere, malum  
 maximum iudicantes, licet contra suam conscie-  
 tiam, quam recedere maluerunt. Poterat eccle-  
 sia sexeni montis alterum æquè fortassis uilem,  
 et minori constantem precio, præpositum habuisse

Henricus Pr.

Admon. monach.

Ecce dy.

+ eligere

si non æquissimus ille rerum ordinator, huius  
importunitate uictus, atque utinam non iratus, hoc  
nomen eum consequi permisisset.

Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, apostolica *Albanis E.*  
sedis legatus, imperatorem crebro excommunica-  
tum denunciabat, et ne quis eum imperatorem  
appellaret, sub poena excommunicationis prohibebat.  
Nec uero imperator ei parcebat, omnia, quæ illius  
et suorum erant, quantum poterat deuastando,  
quamuis et ipse nonnunquam, ex parte episcopi, tam  
ni aliquid pateretur. Tanta autem fuit et  
huius in denunciando, et illius in deuastando con-  
stantia, ut recte quidam dixisse laudetur, quod  
episcopatus Magdeburgensis, ab Othone imperatore, *Otho I. imp.*  
et Alberto archiepiscopo constructus, ab Othone im- *Albanis E.*  
peratore et Alberto archiepiscopo destrueretur. *Otho III. imp.*  
Aequiuoci enim erant constructores et destructores: *Albanis E.*  
licet archiepiscopus non aliunde destructor fieret,  
nisi quia occasionem præbuit destruendi. Eo  
maximè tempore ecclesia Magdeburgensis, Ludolfi *Ludolfi*  
archiepiscopi sensit industriam, in ædificatione castri *Himoltsburg.*  
Himoldisburg, quo præcipue ex cursus Brunsvici  
censum frenabantur. Imperatore itaque ut solebat  
deuastante Magdeburg, adiacentem provinciam,  
episcopus militibus collectis cum eo congredu tenta-  
uit. Imperator talium peritissimus, eum et auda-  
cia et corporis uiribus pacem eum non haberet,  
aduentu hostium cognito, paulatim cessit, eosque inse-  
quentes, longius a ciuitate protraxit. Demum cum

*Episcopus Magdeburgensis  
destruitur ab Imp.  
I. Episcopus in  
destruitur.*

*Otho I. imp.*

*Albanis E.*

*Otho III. imp.*

*Albanis E.*

*Ludolfi*

*Himoltsburg.*

impetu ad eos conuertens, omnes in fugam uertit  
trecentis fere millibus captiuatis, quæ pugna max-  
imum episcopo damnum procurauit, cum ipse ca-  
ptiuos soluere cogeret, et imperator quidquid  
soluere poterant, ab eis non negligenter extorqueret.

Magdeburgig  
Capti.

Oraorium sancti Martini in sereno monte,  
ab Alberto archiepiscopo dedicatum est. XVI. Cal.  
Augusti.

M. CC. XIII.

Hilfmburg.  
Albans E.  
Fading E.  
Hortuicam.  
Henric de  
Rekin.

Cum ecclesia Hilseneburgensis abbate careeret,  
Albertus archiepiscopus ratione legationis suæ,  
quia Fredericus Haluensis episcopus  
imperatoris fauens, excommunicationis iugum  
ferebat, in cuius diocesi est illa ecclesia, Hart-  
uicum Pignariensem monachum et abbatem dedit.  
Quem cum monachi recipere nollent, archiepisco-  
pus eos excommunicationis uinculo innodauit,  
sed cum difficile inueniri potuisset, amore im-  
peratoris, qui ipsius sententia literam Hilsene-  
burgensibus exhiberet, Hartuicus habens cogna-  
tum Henricum de ReKin sereni montis ca-  
nonicum, eum ad se tacito negotio euocauit, quæ  
permittente preposito, ad se uenientem, cum eisdem  
literis destinauit. Qui exhibitis literis, factione  
monachorum captus, et suis omnibus spoliatus  
est. Interam monachi, misso cum suis literis  
nuncio Tidrico preposito, de Henrico conquesti

sunt, quod ecclesiam suam exhibitione illarum lit-  
terarum, ad turbationem maximam perduxisset.  
Præpositus occasionem non negligens, nam Henricus  
unus fuerat electioni suæ aduersantium, eum, cum  
in castro Vuerningerode captiuus teneretur, à com-  
munione fratrum suspendit, et mandauit, ut ab Waringerde  
ingressu claustri si rediret, aueretur, cum tamē  
regula nusquam aliquem à societate fratrum pro-  
ijci iubeat, nisi si quis peccans, emendatoriam uin-  
dictam non curauit sustinere. Henrico uero  
in pace redeunte præpositus eum ab ingressu clau-  
stri prohibere conatus est, quod cum implere non  
posset, eo quod plures de fratribus ei fauerent,  
disterete præcepit eum ab omnibus euitare.  
Curus motum ille mitigare cupiens, nudis pedibus  
in ueste nigra scopam ferens, cum patre, et quo-  
dam alio fratre seniore, pedibus eius prostratus  
petebat, ut si quis peccasse ostensus fuisset, de hoc  
eum in claustro poenitentiam agere pateretur.  
Præpositus uero nihil his mitiore factus, cum ille  
à claustro exire nullo modo consentiret, egit, ut  
per Hartmanum quendam uillicum marchionis, Hartman  
ab ecclesia pelleretur. Qui ueniens, et cum arma  
hæc claustrem ingressus, hora refectonis, Henricum  
de refectorio protractum, extra claustrem à suis  
seruentibus educi fecit, sicq; ille discedens, magna  
fratribus tristitiam dereliquit, cum etiam eos, qui  
ei fauerant, grauari à præposito contigisset.

Exat autem

Exat autem studium ingens his temporibus, qui praeposito adhaerebant, ut eos qui in electione diversa partis fuerant, a suo consorcio remouerent, in qua intentione etiam eis Praepositus concordabat. Henricus itaque a Sifrido Pipariense abate receptus patuo suo, archiepiscopo quam passus erat iniuriam intimavit, Archiepiscopus uero legationi sua contumeliam in hoc irrogatum affirmans, cum occasione facti sui grauari illum contigerit, praepositum de receptione eius crebro studuit commonere. Sed cum nec monendo nec petendo quidquam proficeret, eiusdem legationis auctoritate, excommunicationis contra eum et quosdam collaterales ipsius, qui maxime ei in hoc facto cooperatores existerant, sententiam promulgauit.

Frid. Imp. Henricus Sicilia rex filius Henrici imperatoris a multis principibus, et maxime episcopis, admittente Innocentio Papa, qui eos a fidelitate Imperatoris promissa absoluebat, in Romanorum imperatorem electus est.

M. CC. XIII.

Henricus de Rekin serenitatis montis canonicus expulsus, causae suae opportuno tempore captato, in sabbato paschali praeposito ad benedictionem fontis astante, uenit, ac prius appellatione interposita, literam archiepiscopi excommunicationis sententiam continentem ei porrexit, quam cum ille non reciperet, ministris simul astantibus, et post eos, singulis fratrum exhiberi curauit, nullo autem eam recipiente ipse in medio ecclesiae stans, excelsa uoce recitare coepit, praeposito ediuerso benedictionem fontis sublimiter pronunciante. Intellectum tamen est, quid illa litera contineret. Post recitationem Henricus exijt, et finito baptismi officio

Excommunicati. Ceteri.

Præpositus ad pulpitum ascendens, eum excommunicatus  
excommunicavit, et omnes ei consentientes, credens  
aliquos fratrum et fauentium huius facti conscios ex-  
hibere. Henricus autem extra ecclesiam occultatus,  
explorabat, utrum præpositus post sententiam celebra-  
ret, de quo certificatus, itinere suo discessit. Familia,  
vixibus vero præpositi consilium dantibus, sequenti secun-  
da feria Magdeburg ad præsentiam archiepiscopi veni-  
ens, ad cautelam absolvi postulavit, quem ille iuxta for-  
mam ecclesie absolvi fecit, scilicet præstito iuramento,  
absolutioq, ut Henricum reciperet, præcepit sub debito  
iuramento, quod ipse minimè complevit. Henricus  
cum literis archiepiscopi causam suam Papæ signifi-  
cantibus, Romam profectus, iudices contra præpositum  
impetrauit. Eo tempore, indicto ab Innocentio papa Ro-  
mæ generali concilio, uniuersi ecclesiarum prælati,  
ad profectorem se parabant. Præpositus vero sicut  
et plerique alij, concilium præuenire cupiens, ut  
commodior ei copia fieret sua negocia promouendi,  
cum à iudicibus Henrici citatus fuisset, appellauit,  
et copiosa sumpta pecunia Romam profectus est,  
et de causa quidem appellationis apud summum ponti-  
ficem soluit. Referebat autem se subditum quendam  
habuisse, qui cum officium cellerarij sibi contra  
eius uoluntatem usurpare uoluisset, et ex hac causa  
lites concitare coepisset, ipse eum à consorcio fratrum  
et ab ecclesia reiecisset, petensq, ut si talis ad eum  
ueniret præsentiam accusationem eius non reciperet,  
sed potius eum ad ecclesiam suam compelleret redire,  
qui eum poenitentem recipere paratus esset, nimirum me,

Magdeburg.

tuens, ne si Henrico audientia data fuisset, eius in-  
 pta publicarentur, et ut efficaciter, quod intendebat  
 consumaret, notarium quendam non parua condu-  
 xit pecunia, ut hinc negotio praeset, et se Henrico  
 si veniret pro se adversarium exhiberet, cui etiam  
 alium marchionis clericum de Miendorf, qui praesens  
 erat, et post eum in curia remanebat, adversarium  
 ordinavit. Aliorum autem quae petijt, nihil potuit  
 impetrare. Erant autem haec, ut in die dedicationis  
 ecclesiae suae, populus adveniens indulgentiam haberet,  
 et ut Papa ei unum episcoporum terrae suae, quem  
 eligere maluisset, vice sua iudicem ordinaret, et ut  
 ei in causis ecclesiae suae excommunicandi concede-  
 ret potestatem. Praepositus a curia recedens Hen-  
 ricum se insequentem Bononiae invenit, missiq; ad  
 eum quodam civitatis ipsius magistro, tentabat si cum  
 eo in concordiam redire posset, in quo ille nulla ra-  
 tione voluit consentire. Cum vero in praesentiam apo-  
 stolice venisset, volens papa ut ad ecclesiam suam re-  
 dieret, literas per quas restitueretur, suggerente pra-  
 positi notario, dari ei praecipit. Henrico autem  
 instanter audientiam postulante sibi dari, papa mo-  
 tus eius instantia, et causa cognita, iussit ut literas  
 datas dentibus scinderet, quod literis cassatis fieri  
 solet, iam enim etiam alijs referentibus, de statu  
 ecclesiae severi montis papa cognoverat, et Henricum  
 de singulis subtiliter interrogabat, ita ut expresse de  
 nemore monti proximo, quod praepositus nimis damno  
 se incidit et vendit fecerat, an ita esset percunctari stu-  
 deret. De omnibus autem quae ille vera fatebatur

Bononia.

Littera  
irrita

in iuramento sibi fidem facere compellebat, ac sic demum  
litteras ei dari mandavit, quibus praepositus redire ad  
concilium cogebatur. Alias etiam pro abbate Pignanen-  
se contra marchionem litteras impetrauit. Arnoldus  
uero clericus marchionis, impedire eum uolens et non  
ualens, de eo quod aduersatus ei fuisset primum agens,  
reconciliari eum sibi humiliter postulauit. Henricus  
de partibus rediens transalpinis, Herbipolim uenit,  
ibiq; Arnoldum, qui se praecesserat inuenit. Cumq;  
inde recederet, priusquam Pignaniam peruenire po-  
tuisset, eiusdem Arnoldi traditione ab hominibus mar-  
chionis captus, et suis omnibus expoliatus, atque in  
castro Hagenesbexi incarcerationis, aliquandiu detentus  
est, et hic casus praepositum a necessitate redeundi ad  
concilium liberauit. Tempore quo Praepositus Ro-  
mam proficisci parabat, et cum eo Wilhelmus Cille  
Marchio Rosnensis praepositus, Tidericus marchio Zorbek  
constitu-  
tus, ut in die profectio-  
nis sua ad se uenirent,  
mandauit, intendens ut  
ablati omnibus quae ha-  
berent, eos ab itinere pro-  
hiberet, quoniam huius-  
modi expensas superua-  
cuas assererat. Praepo-  
situs conatu eius per  
quosdam suos amicos cog-  
nito, diem profectio-  
nis suae praenueniens,  
solus ad eum accessit,  
diuq; et familiariter  
collocutus, eum ad suum  
placitum inclinauit.  
Exijt autem talis rumor,  
quod XL. uiri carreate,  
quas marchio de retenti  
soluere tenebatur, praepo-  
sito licentiam impetra-  
ssent, denique cum post  
profectionem eius, prior  
et capitulum, unum de  
fratribus pro quibusdam  
ecclesiae causis ad prin-  
cipem destinassent, ille

Littera papa =  
los.

Herbipolis.  
Arnoldus.

Hagenesbex.

Wilhelmus pr.

Tidricus M.

Zorbek.

Marchio Ro-  
mam proficisci  
lib. infidias  
prens.



rumoris ueritatem explorare cupiens, eum tam de ueteri, quam de nouo studuit commonere. Max-  
chio respondit se totum debitum persoluisse, quod  
autem nec ante nec post soluerit, et quod præposi-  
tus nunquam exegerit certum est.

Marchio nihil  
debet monachis.

Imperatorum cum rege Francia pugna commissa, uicto-  
riam perdidit, multis ex parte eius captis, et pluri-  
mis ex utraque parte occisis. Ex quo tempore natio  
Tentonicorum satis constat apud Gallicos ueluisse.

Frang Germanos  
supplant.

Winnig pr. Vuerenherus de ecclesia sancti Mauricij Hallensis,  
Lipna. primus præpositus Lipzke missus est.

In ciuitate Hallensi factus est concursus ex huiusmo-  
di causa. Presbyter quidam ex uicarijs parochiam  
ecclesie forensis Petrus nomine, cepit arte quam  
ipse nouerat, ut ad imaginem quandam crucifixi,  
quæ in ipsa erat ecclesia, sanitates conferri ægris  
aduenientibus putarentur, quo rumore diffamato  
prouinciarum omnium circumiacentium populis  
ad ciuitatem confluentibus, tanta fuit offerentiu  
multitudo, ut infra paucos menses, quibus illa dura-  
uit insania, præter oblationes careæ, supra centum  
quinguenta marcas sit sacrificium computatum.

Petrus prouinciam  
collebat.

Impostura  
Hallensis.

Ex his cessauerunt in partem archiepiscopi, ut fertur  
Lxx. marca, reliqua in usus ecclesie noui operis  
sunt recepta. In tantum uero etiam prudentes uiros  
eadem illusio dementauit, ut non solum Poppo præ-  
positus, assidua prædicatione uirtutes quæ ibi fierent  
intimaret, et contradicentes uel iridentes excommuni-  
cationis quoque sententiam prohiberet: sed etiam Conra-

Poppo.

Intram  
Vichas.

quis episcopus de Sichein bonum ueritate publice in Concilio E.  
suis sermonibus testimonium perhiberet. Interim,  
seueritij sui tempore exacto, presbyter à ciuitate re-  
cessit, et omnes ille uirtutum effectus cum eo pariter  
emigravit. Constat enim nihil ibi talium postmo-  
dum accidisse.

M. CC. XV.

Federicus rex Aquisgranum die beati Jacobi coronatus  
et cruce signatus est. Christianus, primus post bea. <sup>Gregory E.</sup>  
tum Adelbertum genti Prutenorum episcopus, conse. <sup>Beniam.</sup>  
creatus est.

Federicus Meesburgensis episcopus obiit 1211. Idus, pro <sup>Tidius E. &</sup>  
quo, ex arbitrio Conradi episcopi de Sichein, et duorum <sup>Ecclia S.</sup>  
canonicorum Meesburgensium Ekkhardus eius,  
dem ecclesie canonicus electus est.

Oratorium sancti Augustini in sereno monte, secundo  
dedicatum est à Conrado episcopo de Sichein, V. Idus  
octob.

Synodus  
Romæ.

Synodus uniuersalis Romæ in ecclesia saluatoris, que <sup>Constantiana</sup>  
Constantiana uocatur mense nouembri celebrata est,  
presidente Innocentio papa III. pontificatus eius anno  
XVIII. In qua fuerunt episcopi cccc. xii. Inter  
quos erant patriarche duo, Constantinopolitanus et  
Hierosolymitanus. Antiochenus languore detentus  
misit pro se uicarium Anteradensem episcopum.  
Alexandrinus sub Saracenorum domino constitutus  
fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum  
suum. Primates autem et metropolitani fuerunt LXXI.

Abbatas et priores ultra octingentos. Absentium uero archiepiscoporum et episcoporum et abbatum et priorum non est numerus comprehensus. Legatorum uero, regis uide licet Siciliae in Romanorum imperatorem ele.,

Legati.

Roman. R.  
Constant.  
Francie.  
Vngarie.  
Hiunfol.  
Gya.  
Arag.

Imperatoris Constantinopolitani, Regis Francie, regis Ungarie, regis Hierosolymitani, regis Cypru, regis Aragonensis, nec non et aliorum principum et magnatum et ciuitatum, aliorumq; locorum ingens affuit multitudo.

Siferdus.  
H. de R. R.  
Lin.

Siferdus abbas Piganensis Henrico de Reekin serenitatis canonico expulso, in concilio commissio nem obtinuit, cuius exemplare hic inserere libuit.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, praeposito sancti Nicolai. A. ——— cellerario, et H. ——— canonicis Magdeburgensibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim literis uenerabilis fratris nostri Alberti, Magdeburgensis archiepiscopi, apostolicae sedis legati, quas ex conuentione dilecti filij Henrici, canonici ecclesiae montis serenitatis Magdeburgensis dioecesis, nostro fuisset apostolatus rese ratum, quod Thidericus ecclesiae ipsius praepositus, eundem Henricum pro eo, quod nostras et eiusdem legati detulerat literas, ab eadem ecclesia turpiter expulisset, faciens quosdam laicos et clericos, ad hoc specialiter conuocatos, in eundem manus iniicere uiolen tas, et quosdam de fratribus suis, quod erus noluerunt tyrannidi consentire, punire grauiter praesumpsisset, ac insuper cum complicibus suis post excommunicatio nem a praefato legato, pro ipso in eosdem prolatam,

diuina non fuisset ueritas. officia celebrare, quodque  
postquam à iam dicto legato fuit iuxta formam ec-  
clesiæ absolutus, memoratum canonicum ad suam eccle-  
siam reuocare nullatenus uoluisset, licet hoc ipsi ab  
eodem iniunctum fuisset, sub debito præstiti iuramenti,  
uobis dedimus in mandatis, ut si res taliter se haberet,  
iam dictum præpositum, ut canonicum memoratum  
benignè reciperet et tractaret, monitione permissa,  
per censuram ecclesiasticam appellatione remota, compellere  
curaretis, ipsi et complicibus eius pro præfatis ex-  
cessibus poenam canonicam nihilominus inflicteretis, ut  
ea dolente cognoscerent, quod temerarium esset contra  
stimulum calcitrare. Cum autem sicut ex nostrarum  
intelleximus contenta literarum præpositum ipsum  
auctoritate mandati nostri peremptorie citassetis, ut  
nostro se conspectui presentaret, iam dicto canonico  
super his, quæ præmissimus responsurus, ipse nec uenit,  
nec pro se misit idoneum responsalem. Veruntamen  
quidam clericus, nullis tamen exhibitis literis, com-  
paruit coram nobis, qui pro eo, à uobis in nullo graua-  
to, sedem apostolicam appellauit. Licet autem appella-  
tionem ipsius reputassetis feruolam et inanem, quia tamen  
intellexistis eundem ad sedem apostolicam accessisse,  
ut in præsentia partium plenius ueritas appareret,  
iam dictum cum nostris canonicum literis processum  
uestrum contentibus, ad nostram potentiam transmi-  
sistis. Nos igitur eiusdem canonici compatentes,  
laboribus et expensis, ipsum ad uos fluximus remittendum,  
per apostolica uobis scripta præcipiendo, mandantes quatenus

res ita se habet, ad locum et beneficium suum resti-  
 tuentes eundem, non permittatis ipsum super his à  
 quoquam indebite molestari. Nihilominus præposito, à  
 dictis et suis complicibus, de illatis iniurijs, sibi compe-  
 tenter satisfacere facientes, contradictores per censuram  
 ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Cete-  
 rum quoniam præpositus memoratus de symonia, dela-  
 patione, perjurio et alijs multis criminibus dicitur in-  
 famatus, et quod etiam excommunicatus divina celebrare  
 præsumpsit, ac insuper ante confirmationem à nobis  
 obtentam, administrationi ecclesie montis severi, tam in  
 spiritualibus quam in temporalibus se impudenter inges-  
 sit, à quibusdam de fratribus eiusdem ecclesie contra  
 seculari iudice obedientiam exigens et extorquens,  
 discretioni uestre per apostolica scripta mandamus,  
 quatenus inquisita super his diligentius veritate, quod  
 canonicum fuerit, appellatione postposita, statuat,  
 facientes quod statueritis, per censuram ecclesiasticam  
 firmiter observari. Quod si non omnes etc. Acce-  
 pts itaque his literis Henricus, priusquam per eas  
 aliquid agere potuisset, summi pontificis morte præ-  
 ventus est

M. CC. XVI.

Erhardus E. ERRehardus Mersburgensis episcopus consecratur  
 die sancti Bonifacii qui tunc fuit in octava penteco-  
 stes, ab Alberto Magdeburgense archiepiscopo, Bruno  
 Misnense, et Balderamo Brandeburgense episco-  
 pis, et Conrado episcopo et monacho de Sieben.  
 Sieben.

Innocentius Papa III. obiit vir strenuus et literatus, Innocentius  
et qui in multis causis honori et utilitati ecclesie cogno-  
scitur profuisse, huic successit Honorius III.

Ecclesie montis sereni grauis turbatio nata est, ex hu-  
iusmodi causa. Tidricus prepositus fratribus illis  
quos in electione sua aduersarios passus fuerat, im-  
portunum se consueuerat exhibere, et causas pro qui-  
bus eos iuste persequi uideretur, nonnunquam confin-  
gere, ita ut aliquando in capitulo dicere non erubuerit,  
quod a quibusdam amicis suis ueraciter audisset, tri-  
mendium sibi esse ne ab his uite periculum sustineret.  
Totus tamen contra ipsos eius motus facile ad minus  
in superficie mitigari potuisset, sed illi suo eum arbitrio  
in his quae agere uoluisset relinquentes, mulcere adula-  
tionibus uoluissent, quibus tantum delectabatur, ut per  
eas a sibi fauentibus, ad permittendum eis quidli-  
bet duceretur. Verum quia hoc ab istis consequi non  
potebat, qui non solum ei non adulabantur, sed etiam  
ubicunque contra utilitatem et honestatem ecclesie,  
aliquid agere uoluisset, fiducialiter resistebant. Non  
solum ipse eos persequi, sed et numerum eos impugna-  
tum augere studebat. Iuuenes immaturaetatis  
propter hoc ipsum emancipando, et ad sacros ordines  
promouendo. Quod tamen non usquequaque pro eius  
arbitrio procedebat, quia illozum nonnulli postquam  
libertatem consecuti fuissent, consideratis causarum  
circumstantijs, ei aduersantium numero iungebantur.  
Tanta autem erat libertas ad libitum uiuendi, his qui

Tidricus  
labangus  
habitor.

|| Tiberius  
ix. m.  
ad hunc.

Hannoy de  
R. / m. f. 6.

contra suos non militabant, quod duo ipsorum, quo-  
 rum alter filius fuit fratris ipsius Hermanni de Rosin  
 uelt, in tantam exarsisse referuntur insaniam, ut  
 in cameram quandam, quae in extremitate claustrum a  
 parte occidentali constructa erat, mulieres introducen-  
 di consuetudinem facerent, ut secure possent suis mise-  
 rias augmentare, quae res maxime Dei consuevit rea-  
 cundiam prouocare. Talis enim iniquitas ex adipe *Lasciuia obis.*  
 prodire dicitur, hoc est ex abundantia et securitate, *ram monachorum.*  
 Quod cum non solum familiae, sed etiam provincia-  
 libus notificari coepisset, praepositum latere non potuit,  
 de quo etiam cum Purore et alijs quibusdam saepe con-  
 querendo tractabat, ita ut aliquando cum uno ipsorum  
 secreto ad considerandum locum accessit, ubi mulie-  
 res fama vulgauerat introduci. Dissimulabat tamen  
 sicut de omnibus suae electionis adiutoribus, et qui-  
 buslibet sibi adulantibus, facere solebat, uel memor  
 beneficij, uel adulationibus delectatus, uel etiam quod  
 minus uerum non est, ut si forte aliqui ipsorum  
 contraria ei sentire coepissent, haberet unde eorum  
 ora obtundere potuisset. Cum itaque aliquando a  
 seruentibus claustrum diffamatum esset, mulieres  
 ad locum illum introductas fuisse, rumore iam  
 in tantum dilatato, ut in uillis et castris circum-  
 iacentibus de eodem facto etiam cantaretur, cum  
 et mulier ipsa, ut consuetudo talium est, quasi pro-  
 iactantia ad claustrum se fuisse, cunctis audire uo-  
 lentibus testaretur. Praepositus de quadam fratre

bus in capitulo congregatis, nullo de hac re uerbum  
mouente, dicebat, iniquè aperire eos, qui factos suos de  
causis turpibus mala uoluntate compositis, infama-  
rent, quod nuper factum esset, declinans omnino rem  
uerbis manifestioribus aperire. Quidam enim fami-  
liarium illorum, quos infamia pulsabat et suppreserat,  
rumorem illum a quibusdam sibi aduersantibus  
confictum pro odio eorum, qui libenter ei seruirent,  
quod uerbum nunc loquendi usus obtinuerat, emanasse.  
Licet autem præpositus hoc non fictum sed potius ue-  
rum esse crederet, uolebat tamen sibi suadere, ut cre-  
deret fictum esse, et ut dissimulationem suam, quæ  
nimium erat damnabilis, sibi excusaret, suæ consci-  
entiæ uim faciens, seipsum, quod non crederet, credere  
compellebat. Volebat uerò illum suum tractatum hoc  
efficere ut his, quorum uerebatur insultum, de hac re  
quidquam loquendi, audacia tolleretur. Sed aliter  
quam putabat euenit. Denique quidam ipsorum ex  
hoc magis moti, quod ipse causam de cuius correcti-  
one pro timore Dei, et honestate ecclesie suæ, tractare  
deberet, suppressere conaretur. Responderunt fru-  
stra sibi super hac re silentium imponi, quæ per  
ora omnium prouincialium uolueretur, petebantque  
ut de camera illa uindictam Deo faceret, quia de  
ea frequenter infamia nata esset, quod ipsi non aliunde  
magis, quam ex ipsius narratione didicissent. Præposi-  
to autem cum indignatione negante, se de hac re  
quidquam scire, nec aliquid ab eo de hoc auditum



fuisse, illi eum Prioris, cum quo de hac re tractave-  
 rat, testimonio conuicerunt. Unde magis motus et  
 pœne quid ageret nesciens, dicebat se conscientiam  
 suam puram declarare uelle, quia iudicio illorum  
 facti huius conscius uideretur, et stola sumpta, eos  
 facili nominibus excommunicationis uinculo innotas-  
 uit, Præcipiens Priori ne in confessione secreta eos  
 reciperet, nisi peccatum suum publice faterentur. Ad  
 se autem post iram reuersus, grauiter tulit, se pro  
 illorum instantia tulisse sententiam, eosq; die sequen-  
 ti incusauit, quod ipsi fratres suos infamassent, et  
 ut de hoc Deo, et sibi, et capitulo satisfacerent, præce-  
 pit. Illis autem pro eo, quod se non fecisse sciebant,  
 poenam sustinere recusantibus, eos excommunicauit,  
 præcipiens eos à fratribus uitari. Hinc orta est  
 inter fratres grauis dissensio, plurimis eorum dicen-  
 tibus, iniuste eos grauari, qui Dei causam exequi  
 uiderentur, nonnullis etiam, ut eos uitarent nulla  
 ratione uolentibus consentire. Verum illi ne turbatio-  
 nem auerterent, à celebratione diuinorum se subtra-  
 here decreuerunt. Hæc in aduentu Domini gesta  
 sunt. Porro familiares eorum, quos opinio eos iudi-  
 cabat, infamiam illam falsam esse contende-  
 bant, eamq; excusantes, alterius facti, de quo melius faceret, uesti-  
 re pallio nitebantur. Neque uerò ipsa sibi excusatio,  
 diuersis, diuerso modo excusantibus, concordabat, nec  
 uidebant excusantes suis se conatibus impediri. Si  
 enim nihil factum erat, quare excusando laborabant, ubi  
 enim mali conscientia non est, excusatio necessaria,

ria non est, ubi uero excusationem prætenderis, osten-  
dis te habere aliquid, quod excusatione indigeat colorari.  
Igitur aliquid factum erat, sed cum excusatio ipsa  
præter hoc, quod in rei ueritate scitur falsa fuisse, etiam  
alio modo, scilicet sui diuersitate, se ipsam impugnans  
destrueret, nonne uidetur tibi id, quod fama clamabat  
uerum esse? Fratrum uero illorum qui à præposito  
grauabantur, erant autem tres, unus ad marchionem  
profectus, de uolentia præpositi conquestus est, nec  
tamen causam grauaminis ei, etiam cum instantia  
requerenti, uoluit indicare, ne fratres suos infamasse  
apud principem uideretur. Petebat autem, ut præposi-  
tum per nuncium suum ab eorum uexatione compesce-  
ret, per quem etiam posset ei causa competentius intima-  
ri. *Witin.* Marchio eum *Tidoc. de* *Sladobach.* *Witin.*  
cum suis literis destinauit, mandans ei, ut causam sibi  
insinuandam cognosceret, et si posset, amice fine termi-  
naret, alioquin iuberet sua eam audentia reseruari.  
Præuenerat autem fratrem illum nuncius præpositi  
de ipso et suis socijs marchioni querimoniam faciens,  
et petens ut eos quia sibi obediētes esse nollent, ab alio  
eum præciperet consortio remoueri, Marchio respon-  
dit se neminem eijcere, nec ut ipse quemquam eijce-  
ret pati uelle. *Elger.* Militem uero, de suis fidelibus *Elger.*  
nomine, qui causam, prout posset, conuenientius termi-  
naret, misit, sed ne fratres illi in aliquo grauarentur  
penitus interdixit. *Ulig.* Elgerus uellico quodam marchionis,  
Ulico nomine, cum alijs armatis propter discordiam,  
quæ inter marchionem et principes transuonenses uerte, *Transuonenses.*

*Witin.*  
*Tidoc. de*  
*Sladobach.*

*Elger.*

*Ulig.*

*Transuonenses.*

batur casumpto, dominica qua cantabatur, Gaudete,  
 ad locum uenit, et ipse quidem inermis, ceteri uero  
 armati, quidam etiam in nudis loriceis, claustrum in-  
 gressi, duos de fratribus illis, quia tertius à marchi-  
 one nec dum rediret, coram præposito et capitulo, pro  
 qua causa præposito inobedientes essent, minaciter per-  
 cunctati sunt. Illis autem pro se loqui uolentibus,  
 præpositus audientiam eis non esse dandam dicens,  
 iracundiæ præcipitatione impulsus, causam illam  
 nudis uerbis expressit, addens illos hoc de suis fratri-  
 bus confinxisse, scilicet quod mulier ad cameram  
 illam intro ducta fuisset, et hac occasione misera illa  
 fabula tota in auribus illorum laicorum effusa est.  
 Consilium autem præpositi cum illis tale fuit, ut  
 duos illos terroribus attentarent, quod facere non  
 dissimularunt, præcipientes eis ex parte marchio-  
 nis, ut præposito satisfacere maturarent, alioquin  
 scirent se à fratrum suorum consortio remouen-  
 dos, uel certe in carcerandos, et marchionis præsen-  
 tiæ reseruantos. Cumq; in huiusmodi negotio,  
 magna diei parte consumpta, illi nihil à suo proposito  
 remolliiti, alter quidem ad recedendum paratus esset,  
 alter uero uim potius expectare uelle se diceret, Elpe-  
 nus fines mandati transire non præsumens, præpo-  
 situm cum nihil proficeret, ut ad concordiam cum  
 eis rediret, et ab excommunicatione eos absolueret  
 hortabatur. Præposito hoc se facere promittente, si  
 iurarent stare mandatis eius, illi petebant, ut à priore

et fratribus inquireretur, utrum eos talem absolutio-  
nis modum antecessorum suorum auctoritas docuis-  
set. Priore uero respondente hoc ipsorum consuetu-  
dinem non habere, nuncius ut eos sine iuramento  
absolueret postulabat, quod se nulla ratione facturum  
diceret, ille indignatus cum suis discessit, causa in  
medio remanente. Porro praepositus conatum suum  
inanem esse uidens, grauitor tulit, seque iam de facili  
contemni posse considerans, pro eo quod eueniendi a  
claustris sibi aduersantes copia ei uideretur ablata, in  
quo maxime eius erat fundata fiducia, conuocatis  
fratribus iracundia stimulatus, recessurum se, nec de  
caetero rediturum, nec in aliquo eorum necessitatibus  
promissurum, quam diu inobedientes illos et excommu-  
nicatos ibi esse cognoscere, cum gestu corporis, motum  
exprimens minabatur. Cura uero plerique de fratribus  
iunioribus, a communione illorum abstinere nullatenus  
patebantur, ut de his quoque uindictam caperet, quia  
erat in ieiunio decembris, alios eis inferiores, in sa-  
ceris ordinibus supponere conabatur, quod tamen per  
gratiam Dei efficere non potuit, episcopo Merseburgen-  
se a quo promouendi erant, causis alijs, a faciendis  
ordinibus impedito. Durauit autem haec dissensio,  
usque post Circumcisionem domini, post quod tem-  
pus praeposito iam de Merseburg, ubi natalem domini  
celebrauerat reuerso, Tidericus de Slatebach ipsum  
et tres illos fratres, ut causam eorum, secundum  
marchionis mandatum cognoscere, Vuitu euocauit, et  
adnitente Poppone Hallense praeposito, qui ibi aderat, nego-  
cium ad hoc

Poppo.

cum ad hoc

cum ad hoc usque tractando perduxit, ut illi eo modo quo Prior ad faciendum diceret, absolutionem petentes, à Præposito absoluerentur, et hoc fine totam discordiam terminarent. Die sequenti quæ fuit vigilia epiphaniæ domini Prior assumpto Præposito Hallense, iuxta conditum fratribus illis dixit, ut in habitu cotidiano uenientes absolutionem peterent, deinde de suo tam ipse, quam præpositus cum instantia eos rogabant, ut scopam secum pariter exhiberent. et hoc facto tam ipsi, quam hi qui eis communicauerant, à præposito absoluti, ad concordiam redierunt.

M. CC. XVII.

Huius anni, die primo, hoc est VIII. Cal. Aprilis obiit Henricus puer, comes de Ruthen, filius Ulrici, filij Henrici, filij Conradi marchionis senioris, anno ætatis sue XII. sepultusq; est in monte sereno, in sinistra patris sui, pro eo oblatis sunt beato Petro, quo mansi in uilla Richenbach. Magna hunc puerum gratia Deus præuenisse cognoscitur, quia usque ad uita sua terminum calculi morbo castigatus est, et priusquam hereditatis paternæ, quæ non usquequaque iusta erat, dominatum acciperet, ex hac uita subtractus est.

Hamzic C. Wien.

Richard Bach.

Calculy.

Inimici hereditatis Hamzic.

Fredericus serenæ montis præpositus, graui debitorum pondere, quod ipse sibi alligauerat pressus, stulto nimis et noxio cum quibusdam suis familiaribus consilio inito XXIII. mansos, quos Rodolfus Præpositus à Frederico comite de Buene, etsi difficultex admodum, tamen utiliter emerat, in uilla Niendorf, eidem comiti, inconsulto capitulo, obtulit redimendos.

Præpositus obditus.

Ful. C. de Buene. Niendorf.

hoc modo, ut ipsorum mansorum precio computato  
a CC. marcis, quas Indais reddere tenebatur, quasque  
ignorantibus fratribus mutuo acceperat eum absol.,  
ueret, et reliquam partem redditibus alijs compensaret.

Wihnum  
de Comit.

Eo tempore castrum Kuthin ad eum comitis, pacto inter  
ipsum et Tidericum marchionem facto, contigit deue  
nire. Conuentione autem inter comitem et praepositum  
facta, Praepositus die quorundam fratribus in capitulo  
insinuare coepit, quod comes ei de bonis praedictis emere  
eis instaret, quia eis ad castrum sui seruitium cavere  
non posset. Volens autem, ut etiam coactionem quan  
dam ex parte comitis intelligerent, dicebat, comitem  
hoc asserere, quod tempore primae emptionis illorum  
bonorum, talis inter ipsum et conuentum, fuisset fa  
cta promissio, ut partem residuam conuentus tempo  
re emeret consequenti, quod etiam priuilegium conti  
neret, unde uellet ut iuxta promissum, emptionem  
diutius non differrent. Haec autem a se ipso ad  
sternendam negotio uiam, ut tamen salua Dei gra  
tia exprimatux ueritas, componebat. Quomodo enim  
est credibile, tam contrarijs modis principem pro se  
agere uoluisse? Si enim bona ecclesiae emere necesse  
habebat, cum bona sua, ecclesiam emere compellebat,  
Fratribus uero dicentibus illud priuilegio non conti  
neri, consulto priuilegio ibi non haberi, inuentum est.  
Quasdam praeterea difficultates ab amicis suis sibi ex  
pressas proferebat, quibus, quod amissio illorum  
bonorum eis comite mortuo immineret, ostendere  
conabatur, insuper aduocatum bonorum eorundem

quam bonis uenditis comes se non uendidisse affir-  
 mabat, ipsum comitem burgrauio de Vuitin con-  
 cessisse dicebat, a quo utriusque grauem essent uiolen-  
 22 tam toleraturi. Sicut autem qui pugili conpredi-  
 22 tur saepe, qua parte ferire uelit, ex eius gestu solet  
 22 agnoscere; ita fratres ex assiduis tractatibus, quam ex  
 22 conprediendi consuetudine, omnes praepositi conatus  
 22 facile intelligentes, responderunt, quod si bona illa  
 uendendi, sicut sibi uideretur, haberet propositum,  
 sciret eos sibi in eo nullatenus consentire. Ille  
 uero tale propositum se non habere dicebat, sed  
 tantum ista eis, ut uoluntatem comitis, et scrupulos  
 in bonis ipsis latentes cognoscerent, intimaret. Nec  
 de hac re de caetero uerbum mouit, sed inde ad  
 comitem abiens, iuxta modum praescriptum negotium  
 terminauit. Reditus autem alij, quos comes recom-  
 pensauit habentur in uillis SRobenir, pro Kostisha-  
 gen et Richenbach, in SRobenir quidem XXV. cho-  
 ri, hoc est bochschepele textici, in reliquis uero dua-  
 bus VI. chori siliginis et XIX. marcae fertone  
 minus. Porro mansi de Nierendorf in foribus  
 ecclesiae positi soluebant LXXX. choros, de quatuor  
 generibus frumenti, et IIII. tal' et sexuitum XII.  
 sticorum.

Simile  
elegant.

SRobenir  
Kostisha-  
gen  
Richenbach

M. CC. XVIII.

Fames magna facta est, quae priori anno incho-  
 ata fuit, tantum inualuit, ut modus siliginis, qui

Fames.

uulgo Heimece dicitur tribus lot<sup>7</sup> et nonnunquam  
carius uenderetur. Huius temporis necessitatem  
ecclesia seueni montis præ cæteris experta est. Cum  
enim multæ prouinciales ecclesie, rebus hac longe  
inferiores, in se famis haberent uestigium, in ista  
tantum uiguit, ut feates die quadam, panem, quo  
ad prandium uti debebant, mutuare in uillis cir-  
cumiacentibus cogerentur. Quadam uero uespere  
pane deficiente, incoenati manentes, omnium uicinorum  
suorum fabula sunt effecti. tunc etiam bordeaceo  
et auenaceo pane uti didicerunt, quibus priorum  
prælatorum temporibus, siligo nonnunquam intolerabilis  
uidebatur. In alijs quoque eorum cibarijs tanta erat  
tenuitas, ut, quod uerecundum dictu est, eos non se-  
mel in diebus lactiniorum solo pane et ceruisia  
remollito, uel fece calida contentos esse oporteret.  
Quoddam uero uerbum ferebatur, quod hi, qui ex  
ore præpositi illud audierant, recitare solebant, eo  
uidelicet tempore, quo electores sibi conciliabat,  
illis eum promississe, quod si Præpositus fieret, ita  
eos procurare uellet, quod contra ipsum uociferam  
compellerentur. in quo promisso hoc tempore uerax  
apparuisse cognoscitur, licet cum promitteret, hoc  
aliter intelligi uoluisset.

M. CC. XIX.

Forma monachi  
ca. Vita  
disciplina

Nonna ecclesiam seueni montis quasabat turbatio, cuius  
principium tale fuit, Præpositus Tiderico parochiano ca-  
pelle ueteris, officium hospitalis, cum ille hoc appeteret



otho.  
Tidrig.

concessit, parochiam uero ab eo receptam alteri in  
 noui Othoni nomine commendauit. Otho parochia  
 nus factus, Tidricum de quibusdam parochiae rebus  
 ablati, et nonnullis sibi retentis, primo per se, deinde  
 per praepositum coepit impetere, pro qua re ab inui  
 cem dissiluerunt, cum prius speciali concordia iun  
 gerentur, marcam etiam unam, quam ex ueteri  
 consuetudine camerario in dedicatione ecclesiae  
 de sacrificio ipsius freri, Tidricus dare tenebatur,  
 donec ad tempus, quo ipse a parochia recessit, quod  
 fuit circa festum sancti Michaelis, non dedit, ad  
 cuius redditionem a praeposito auctabatur. Habebat  
 idem unum de fratribus familiarum, qui cum  
 timoris Dei et suae fama negligens esset, multipli  
 citer excedebat, ita ut etiam ad uillas circumia  
 centes, noctibus eum fama discurreere festaretur,  
 sed patrocinio Tidrici tutus esse uidebatur. Erat  
 hic duorum alter, propter quos in causa camera  
 superius posita, turbatio facta est, hunc enormiter  
 uiuere praepositus multis eum accusationibus non  
 ignorabat, sed propter patrum sui gratiam, accusatio  
 nem dissimulatione solita negligebat. Verum uan  
 coe inter praepositum et Tidricum causa Othonis  
 exorta, praepositus etiam huius ineptias de cetero non  
 dissimulandas decernens, pro his eum disponebat  
 impetere, intendens etiam, ut erat opinio, eidem  
 cause si posset Tidricum inuoluere, qui de eo  
 quoque, propter omnimodam illius familiaritatem,  
 sinistrae suspicionis habere aliquid uidebatur. Tidri

Rixa mis  
 sarborum.

cuius uero tam pro his, quam pro proximis nonnihil sollicitus, conatum eius, quem iam senserat, praeventire cupiens, fratribus illis, quos praepositus aduersarios deputabat, quosque pro hac re continuus sex annorum labor atternerat, a quibus se pro nonnullis, quae pro ipso et propter ipsum passi fuerant, minus diligenter certus erat, satisfactionis uerbis, per quosdam alios interpositos, reconciliatus est, eisque quid haberet propositi indicauit, non aliud tamen ab eis petens, nisi tantum ne se et aduersarios exhiberent. De quo certus factus die quadam, quae fuit uigilia apostolorum, cum praepositus eum in capitulo, de marca camerario reddenda alloqueretur, in medium processit, et super damnis quae praepositus ecclesiae suae plurima intulisset, ad praesentiam summi pontificis appellauit. Poterat praepositus improviso eius insultu, in admirationem duci, uel etiam terrem, sed litigandi consuetudine, qua se ipsum et sibi subditos uexare consueuerat, appellationem quasi familiare aliquod alloquium attendebat. Experimento autem sciens, ualde eum ex officio hospitalis ad agendum contra se adiuuari posse, ipsum officium ei interdixit, quod etiam incontinenti frater alteri commendauit, sed tamen Tide uiri diligentia praeventus est, duos enim equos de eadem domo sumptos, ante horam capituli, ad locum tutum suis seruandos usibus destinauit. Paucis euolutis diebus Tidericus de suo acturus negotio, egressus est, praepositus quoque Merseburg, ut a fratre suo praeposito consilium caperet, profectus, inde rediens

iuxta datum consilium fratribus in capitulo colle-  
 ctis, scire se uelle dicebat, qui essent ipsorum Tibe-  
 rico fauents, quoniam ille hunc rumorem, quod  
 maiorem capituli partem sibi fauentem haberet,  
 in locis pluribus diuulgasset, præcepitq; singulis sub  
 debito obedientia, ut si appellationi eius consenti-  
 rent, aut non, inquirenti sibi ita uel non sim-  
 pliciter responderent, cumq; plures requisiti se  
 consentire negarent, quidam contra suam conscien-  
 tiam absolute negare nolentes, uideri sibi illum super  
 causa necessaria appellasse, et si quid communiter  
 utile, promouere posset in hoc se ei, et non in alio  
 consentire responderunt. Præposito autem gladio  
 præcepti eis imminente, ut absolute affirmarent  
 uel negarent, ad aliud responsum induci nulla  
 tenus potuerunt, unde eos, tanquam illum, qui  
 appellauerat, pro aduersarijs habere coepit, quos tamen  
 in hac causa sibi aduersantes nullo modo expertus  
 fuisset, nisi districta inquisitione suam eos con-  
 scientiam prodere coëgisset. Exant isti non  
 solum ex contradictorijs, sed etiam ex primis  
 electionis eius fautoribus adiuncti, pluribus enim  
 suorum iam dudum ualde displicere coeperat,  
 propter omnimodam tam exteriorum quam interio-  
 rum defectum, ex eius culpa ecclesia impendentem,  
 quod tamen plerique eorum callide occultabant, tum  
 priuatis ne forte commodis priuaretur, tum pro  
 experientia impetus eius, quo inconsiderate contra  
 suos aduersarios ferebatur. Nonnulli uero quod

deterritus erat, post tergum eum lacevantes, si forte  
quod in cotidiano usu erat, litem cum alijs eum mo-  
vere contingeret, contra ipsos ei, obliti verecundia  
assistebant, non quidem gratis, sed ad placitum vivendi  
sibi tali obsequio licentiam procurantes. Interea  
Tidericus, incertum, verum audacis incoepi poenitens,  
an amicorum suorum inductus consilio, ad Tidem <sup>Tidem M.</sup>  
cum marchionem accedens, et de preposito et famnis  
ecclesie sue conquestus est, simul etiam quod ipse  
super his appellaverat, indicavit. Marchio super  
appellatione indignatus, ne eam prosequeretur inter,  
dixit, ad eius vero instantiam, Conradum episcopum <sup>Conradus E.</sup>  
de Sichen patrum eius, et ERNESTUM episcopum <sup>Ernestus E.</sup>  
Meisburgensem, suis rogavit literis, ut ad ecclesiam  
severi montis personaliter accedentes, de causa illa  
prout eis videretur utile, ordinarent, mandans etiam  
preposito, ut per eos terminari negotium consentiret.  
Episcopi diem 17. Cal. Augusti, qua petitioni princi-  
pis satisfacerent, statuerunt. Tidericus quoque die  
illa proximè procedente, hora iam tardiore venit,  
ut in crastinum episcoporum se presentia exhiberet.  
Prepositus vero adventu eius cognito, equos quos ille  
de hospitali sumptos, in suis habebat usibus, auferre  
volens cum fratribus sibi familiaribus non sine impe-  
tu exiit. Videns autem eos per inermes clericos  
tolli non posse, quoniam fratres Tidericus, Conradus et <sup>Tidericus.</sup>  
Ioannes, et servientes ipsorum, qui cum eo advene- <sup>Conradus.</sup>  
rant, euaginatis gladijs hoc prohibere parati erant. <sup>Ioannes.</sup>

Manichorum  
catholici.

Locum.  
Locum.

Ipsa per se uocem, quam uulgari uerbo ad arma  
 euocari populus solet, cum clamore saepius edere coepit,  
 ad quam tota familia cum armis concurrerit, nec  
 non et institores, qui iuxta consuetudinem ad cele-  
 brationem dedicationis iam plures fuerant congregati,  
 quosdam etiam iuniores, de numero fratrum Tiberico  
 fauentium, tumultu euocati, procurrentes e claustris  
 defensionibus equorum iuncti sunt. Porro collaterales  
 praepositi alij lapidibus alij armis quibusdam raptis,  
 magnis perstruentes uocibus, ad tollendos equos, qui  
 erant de familia hortabantur, tam uero illi quam  
 hospites qui conuenerat, fratres contra se alterinse  
 cus deuisos uidentes, simul etiam Tiberici fratres  
 attendentes, a quibus occasione huiusmodi fortas-  
 sis in posterum grauari potuissent, uiolenter aliquid  
 agere uerebantur, sicq; illis quiescentibus, et equos  
 abduci sinentibus, omnis ille conatus praepositi, ad  
 nihilum deductus est. Fratres uero qui cum Tiberico  
 aderant multis tam a praeposito, quam a suis uer-  
 borum contumelijs affecti, cum tumultu finito ad  
 claustrum regredi uoluissent, praclusam sibi ianuam  
 inuenerunt, ad hoc eorum aemulis nitentibus, ut si  
 noctis tempore foris eos manere contingeret, et ipsi  
 quietem perderent, et maior contra eos praeposito  
 daretur occasio malignandi. Difficultate itaque facta,  
 unus ipsorum murum breuem, iuxta infirmorum  
 fratrum, transgressus, per ecclesiae ianuam caeteros

Pugna  
monachorum.

Albertus Arch. intermisit. Eo tempore Albertus archiepiscopus et ER.

Richardus Merseburgensis episcopus ad ecclesiam noui Eboracensis  
operis accesserunt, pro cuiusdam causa turbationis,  
quam hic inserere non pigebit. Foemina quaedam  
infamiae nomine obscurae, ad praedictam ecclesi-  
am, conuersionis, quantum ad habitum, intentione  
ueniens, primo, ut ad tempus aliquod more hospitis  
colligeretur, et cum sororibus ecclesiae, quarum una  
mater ipsius erat, mansionem acciperet, dato officiali-  
bus expensarum precio, impetrauit. Erat tunc ibi  
quaedam praepositi nephis Popponis, de ecclesia que Sen-  
telingeberg dicitur, cui illa obsequiosa coepit existere,  
et per eam rei quam intendebat aditum praepararet.  
Euenit aliquando de conuersione eius sermonem  
moueri, praeposito ad consensum eius et quibusdam  
fratribus inclinatis, quibusdam etiam, ut fertur, per  
quosdam archiepiscopi notarios, negotium promouen-  
tibus, eius praeposito, ad magnum ecclesiae illius ma-  
lum a praeposito recepta est. Verum cum receptioni  
eius nonnulli fratrum uehementer resisterent, illa  
nephis praepositi prauiter ferens, quod post eius con-  
sensum aliqui reclamare praesumerent, procaciter  
eis obloqui, et uerborum coepit iniurias irrogare,  
unde illi permoti, legationi scripta sigillum ecclesiae,  
incertum ut illud habuerint imprimentes, eamque  
conuentui illius foemina destinantes, de ea conquesti  
sunt, et ut ad suam reuocaretur ecclesiam postulantes,  
quam litteram illa a suo conuentu cum sigillo sibi  
transmissam praeposito cum praua querimonia, et in-  
dignationis lacrimis demonstrauit. Praepositus magna

Fabell. de  
monach. quor.  
dam in  
monachos.

poppe.  
Seuilingberg.

iracundia stimulis incitatus, Archiepiscopo de frater-  
 bus illis conquestus est, quos ille inquisitione facta  
 confessos, de consilio episcopi Merseburgensis cuius  
 fauorem prepositus sibi conciliauerat, qui eos falsa-  
 rios assererat, tanta distractione puniuit, ut preter  
 alias, quas sustinere compuleri sunt poenas, toto  
 corpore usque ad femoralia nudi, scopas ferentes  
 diebus dominicis cruces precedere cogentur, et  
 per diuersas sigillatim ad agendam poenitentiam  
 distributi ecclesias, nunquam decetero ad suam  
 ecclesiam, nisi uocante preposito, preceptum acci-  
 pere, uerunt. *Nunc ad propria recur-*  
*rendum est.* Prepositus sequenti die tumultus  
 predicti, qui fuit uigilia dedicationis ecclesie,  
 mane Hallis profectus Archiepiscopo et Mersebur-  
 gensi episcopo se preterueniens, cum graui quere-  
 monia omnem Tiderici causam coepit euoluere,  
 eumque multipliciter infamare, et cum ad locum  
 tumultus hesterni uenisset, dicebat, fautores Tiderici  
 muros claustri conscendisse, et super se armatos  
 cultros et securibus excurrensse. Pro qua re si ipsi  
 dignum hoc iudicarent, celebrationem diuinorum  
 in presentia ipsorum, se uelle suspendere, memo-  
 rabat. Episcopi si res ita se haberet, dignè hoc eum  
 agere responderunt. Inter hæc uero Tidericus  
 aduenit, episcopum Merseburgensem ut ad causam  
 tractandam iuxta conditum accederet rogaturus,  
 in quem ille propter ea quæ à preposito audierat  
 uehementer inuectus, dicebat se ad causam, ubi

*Poma monastica.*

Halla

cultis et securibus ageretur, nullatenus accessurum.  
Conradus interim episcopus de Siehem Tiderico de Conradus E  
Hallis reuerso, adueniens, cum Meersburgensem uē  
turum non esse didicisset, dolens quod turbationem  
ecclesie post se relinqueret, discessit, præpositus  
autem à consultatione episcoporum rediens, cum  
iam uespertinum celebrandum esset officium, fratres  
conuocat, à celebratione diuinorum eos cessare præ  
cipiens, nisi se illi à quibus tantam passus fuisset  
contumeliam absentarent, uolens intelligi eos in cano  
nem incidisse, quibus in hoc nulla ratione acquiesce  
ntibus, tantæ solennitatis consideratione, et multorum  
petitione, inter quos Wilhelmus de E  
Vulhelmus Cillenensis præposi  
tus coram ipso prosterni uolebat, induci non potuit,  
ut sententiam reuocaret. Sicq; uespertinum et ma  
tutinale officium nocte illa omissum est, die tamen  
sequenti missæ celebrationem fieri concessit, cui  
solus ipse absens fuit. Archiepiscopus uerò ipso die  
adueniens uespertinum officium cum fratribus,  
præsentem præposito celebravit, quo peracto, conuocatis  
eis dicebat, quod si uoluntas eorum esset, ad refo  
mandam inter ipsos concordiam, se uellet interponere,  
addens quod licet illa ecclesia iuri suo pertinens  
non esset, tamen in annis prioribus ex optimo eius  
statu, diocesis sua admodum honestata fuerit, et  
superius et multorum iudicio nimis esset uitupera  
bile, si ruina eius iam iamque imminente, non ali  
quo consilio subueniret. Præposito uerò ad consensu



ueniente, ut per ipsum causa tractaretur, Tiberius  
 et fratres pariter eius, per hoc solum a con-  
 sensu se retardari responderunt, quod causa ad  
 marchionis advocati sui noticiam, ex eorum  
 querimonia uenisset, et ignorarent utrum per  
 alium quam per se eam tractari pateretur. Nam  
 si hoc et contrarium non esset libenter se acqui-  
 escere consilio pontificis affirmabant. Ille respon-  
 sum eorum approbans, causam quandam marchio-  
 nis et Sifridi abbatis Pigauiensis in assumptione  
 Dei genitricis Pigauiam tractandam memorabat,  
 ubi ipse adesse deberet, iussitque ut permittente pae-  
 posito aliqui ipsorum die praedicta, de hac re mar-  
 chionem consulturi, ad locum illum accederent,  
 sicque demum, ut medio tempore, praepositus in que-  
 te et tranquillitate eos agere sinneret, ordinans,  
 non parum commodi eis praestitisse uisus est.  
 Porro isti contentiones suae causam considerantes,  
 hanc uidelicet, quod praepositum damna ecclesiae  
 suae multiplicia, non sine fratrum iniuria irro-  
 gasse asseriebant, ut ea promptius demonstrare  
 possent, singula scripto distinguere curauerunt.  
 Erant autem haec, quod inconsultis fratribus,  
 mansos ecclesiae uendidisset, nemora succidisset,  
 uinum pro pecunia infeudasset, et haec privilegia  
 occulte cum sigillo ecclesiae praebuisset. Ad haec  
 diligenti computatione facta, ostendere parati erant, puga pro uino,  
 quod in uino, quod annis singulis natum erat, et

Sifridi Ab.

Accusationis pro-  
 positae capitula pro-  
 sentiant Monachi.

puga pro uino.

aliorum uenditione bonorum, et pecunia quam  
à diuersis mutuo acceperat, præter annuos ecclesie  
redditus, tera millia, sexcentas et quinquaginta mar-  
cas in octo annorum spacio percepisset, exceptis alijs  
quæ eorum noticiæ non patebant, et tamen fratres  
in rebus necessarijs inopiam sustinerent, adeo ut  
tam sacerdotes, quam alios altaris ministros crebro  
sine commissijs et femoralibus contingeret ministra-  
re, defectum similem in alijs indumentis sæpissimè  
tolerantes. Die uero prædicta quidam ipsorum  
Pigauriam accedentes, præposito etiam illuc adueniente,  
in præsentiam marchionis uenerunt, qui cum uerbo  
illi de archiepiscopo uoluisset consentire, ne forte occa-  
sione tale, aliquid in ecclesia illa, iuris sibi in posterum  
arrogaret, illi querimonias suas et ad plenum, uerbo  
significandi copiam non habentes, pro eo quot prope-  
ris impedirentur negocijs, scripturam querimonias  
ipsas continentem, et porrexerunt, petentes ut occasione  
eam sibi faceret recitari. Marchio diebus aliquot  
eos detinens, cum causæ discutendæ se uacare  
non posse conspiceret, redire eos præcepit, promittens,  
quod auditores eis Popponem Hallensem, Max-  
quardum sancti Mauricij Nuenburgensem, Vuil-  
helmum Cillenensem, et Vuernherum de Lippe  
præpositos destinaret, et secundum ea quæ ab illis  
audiret, inter eos procul dubio iudicaret. Illi autem  
quamuis per prædictos se potius impediendos, quam  
promouendos certissimè prouiderent, quod etiam  
marchioni exprimere non neglexerunt, tamen

Monachi non  
audientes à  
Marchione.

poppe  
Margareth.  
Wilhelm.  
Wernung

ordinationi eius obstinatus resistere non audentes  
 reuersi sunt. Cumq[ue] negocium totum ad præsenti-  
 am illorum qui mittendi erant crederent differen-  
 dum, prepositus repente eos qui parhi Tiderici, in  
 uespertino illo tumultu de claustris exierant, coepit  
 impetere, eos ad sui lesionem asserens excurrisse,  
 nouoq[ue] corrigendi modo, priusquam reatum faterentur,  
 uel conuincerentur, uel satisfactionem promitteret  
 continuato sermone poenam quam eos ferre uel-  
 let exposuit. Intendens sicut quidam iudicabant,  
 ut eos auditu poenæ territos contra presentia indu-  
 raret, et consequenter contra eos tanquam contu-  
 maces posset sententiam iaculare. Illis autem de  
 exitu quidem intempestuo satisfactionem promit-  
 tentibus, de intentione uero eum lædendi omnimodo  
 quo fratres ipsorum iudicarent se expurga-  
 re uolentibus. Ipse purgationem eorum se  
 non admittere cum indignatione respondit, et  
 utrum poenam quam innotuisset ferre uellent,  
 minaciter inquisiuit. Reuentibus eis statim  
 intentionem suam facto declarans, manu ad  
 tergum porrecta, stolam ibi occultatam protulit,  
 et priusquam appellationis clypeo se munirent,  
 excommunicationis eos gladio percussit, tam in  
 diuinorum celebratione, quam rebus alijs à  
 ceteris fratribus districtè eos præcipiens euitari.  
 Accidit autem fratribus à diuinorum celebratione  
 cessantibus, cum uidelicet illi se absentare uolu-  
 sent, comitem quendam de Velsche Ernestum

Ernestus de  
 Velsche.

nomine ad locum uenire. Hic à quibusdam præpositi familiaribus inductus ad sopiendam illam discordiam se coepit interponere, et tam præpositi, quam fratrum illorum animos suasionibus attentans, tantum profecit, ut præpositus promitteret se eos absoluere, si tantum uno die iniunctam seruare poenitentiam uoluissent, sicq; illis in hoc acquiescentibus, motus ille sedatus est. Deinde Tibericum absentem quidem, et quasi in perfectionis sue promotione occupatum, præpositus excommunicauit, pro eo quod equos hospitalis abstulisset, et uinum et quasdam res alias ad cibum pertinentes de domo illa uendisset, quodq; marcam illam, quam camerario dare tenebatur, fratrum suorum usibus subtraxisset, et ne quis ei fortassis redeunti communicaret, districtè omnibus interdixit. Hæc circa festum natiuitatis Dei genitricis gesta sunt. Instante uero appellationis eius termino, qui fuit in festo sancti Michaëlis, fratres illi qui causam cum eo sibi communem fecerant, indicantes eum tædio negocij perfectione suspendere, hoc secum definirunt, ut si infra terminum præscriptum proficisci negligeret, ipsi eum tanquam excommunicatum, cum cæteris euitarent. Quod ille intelligens grauiter tulit, cito tamen consilium, quo sicut dici solet, spinam de pede suo euulsam illis infigeret, inuenit, mandans eis et suo et amicorum suorum iudicio, bonum non esse, ut solus illud iter arriperet, uelle se ut socium de numero suo et

Spinam de pede  
di.

spinam de pede suo euulsam illis infigeret, inuenit, mandans eis et suo et amicorum suorum iudicio, bonum non esse, ut solus illud iter arriperet, uelle se ut socium de numero suo et

suo et

suo ei darent, quia et ex duorum ingenio plus elicere  
 tunc consilij, et si ipse aegritudine uel alio casu detentus  
 fuisset, ille in promotione causae succederet, praeterea testis  
 et esset quo studio ipse in illo negotio desudaret. Laudandum  
 consilium, intento tamen eius secundum illorum opinionem  
 fuit, ut qui tanto labori se subiceret, inter eos non inueniret,  
 quod quasi certum habebat, ipse culpa in eos refusa, se  
 modo aliquo à causae illius uinculo expediret. Verum  
 illi secum collocuti omnem causae circumstantiam con-  
 siderantes, quantum uidelicet damni ecclesiae suae intus  
 et extra, culpa praepositi prouenisset, quantisque ipsos et  
 resistentes laboribus subijci contigisset, hocq; solum perfectioni  
 sui operis deesse, quod querimoniam suam nec dum in  
 noticiam sedis apostolicae detulissent, quae res per nullum  
 melius, quam per ipsum, utpote res habentem, impleri posset,  
 labori eius sine magna difficultate socium inuenereunt.  
 Relum enim Dei habebant, licet non secundum scientiam.  
 Quid sit enim non secundum scientiam, consequentibus *o theologum.*  
 apostoli uerbis exponitur, quia scilicet ignorantes Dei iusti-  
 ciam, et suam uolentes constituere, iusticiae Dei non erant  
 subiecti. Iusticia enim Dei, est Deus iustus, peccatis exi-  
 gentibus talem eis rectorem dederat, secundum quod dicit,  
 Dabo tibi reges in furore meo, cuius iusticiae isti uolunta-  
 te subiecti non erant, quod eiusdem rectoris sui deposito-  
 ni modis omnibus intendebant, sua iusticia hoc se facere  
 iusti pro eo quod esset inutilis iudicantes, magisque eligentes  
 Dei ordinationi resistere, quam se ipsos accusare, cum utique  
 rectus eis fuisset de peccatis suis quibus inutili subijci me-  
 ruerant, poenitentiam agere, eumq; tanquam à Deo datum

æquanimiter tolerando, ab ipso datore, remedium expectare,  
ut enim dicit beatus Gregorius libro moralium XXV.  
Dum salua fide res agitur, id est, quam diu actio præ  
latis, fidei contraria non est, iustus est, meritum, si quid,  
quod prioris est toleratur, et ut subditis fortassis Reum  
Dei habentibus, eiusdem Reus moderamen ex prælatis  
tenendum, ostenderet, continuo subiecit, debet tamen humi  
liter suggeri, si fortasse valeat, quod sibi displicet, emen  
dari. Sed curandum summopere est, ne in superbiam  
transseat iusticia inordinata defensio, ne dum rectitudo  
incantè diligitur, ipsa magistra rectitudinis humilitas  
amittatur. Iuxta hanc lineam se dirigant, qui præla  
tis suis, inordinate aliquid agentibus, resistere consueve  
runt, ne si ab eius rectitudine distorti inveni fuerint,  
inde poenam sibi acquirant, unde præmium expectabant.  
Igitur Theodericus, dato sibi comite, et per eum excusandi  
occasione sublata, iuxta tandem æque expeditus, die marty  
rum Sergij et Bacchi profectus est. Eo tempore papa,  
Romanis ab eo discordantibus, Viterbij morabatur, præpositus *Viterbium.*  
vero cum Theodericum, prius ut dictum est, excommunicas  
set, etiam socium ipsius, cum iam profectus esset, licet ante  
appellasset, eidem sententiæ innotavit. Post horum quorundam  
recessum, prælati illi à marchione missi aduenientes, cum  
eis qui residui erant fratribus, de causa præpositi et ipso  
eum tractare coeperunt. Auditis autem eorum queri  
monijs et responsione præpositi, commune sibi cum  
præposito huiusmodi negocium reputantes, ut in illo se  
ipsos fuerentur, querimonias quidem, quibus tota concla  
mabat provincia, nihil habere ponderis, esse vero difficil

le et proorsus intolerabile tam præposito quam omnibus  
 prælatis, ut nihil præter subditorum suorum beneplacitum  
 agerent, aut de singulis quæ egerent rationem ipsis red-  
 derent, iudices æquissimi responderunt. Nec tamen caus-  
 sam in lite relinquere utile uidebatur, ne ipsæ feruola,  
 et sine pondere querimoniarum, iterato ad marchionis noticiam  
 deferrentur, cuius nimirum de his, suæ dissimilem fore  
 sententiam uerebantur, idcirco, fratribus illis suadebant, ut  
 litigandi intentione deposita, appellationis consensione re-  
 nunciarent, et ipsi mediantibus se concordare cum præ-  
 posito palerentur. His uero ad compositionem quidem  
 faciendam eorum uoluntati acquiescentibus, ut saltem usque  
 ad eorum, qui profecti exant, reditum, à uexatione præpositi  
 respirarent, sed uerbo renunciandi omnino contradicenti-  
 bus, illi ipsum uerbum ne impedimentum eorum intentio-  
 ni faceret, dissimulantes, eisq; ut nudis pedibus, scopas fe-  
 rentes, coram præposito ueniam peterent, iniungentes, et  
 e contrario ut præpositus hac satisfactione contentus, eis recon-  
 ciliaretur, decernentes, illam nisi sunt discordiam termi-  
 nasse. Et hæc quidem 21. Cal. Nouemb. gesta sunt. Porro  
 Tibericus et eius socius, circa principium Februarii, de  
 partibus Transalpinis cum mandato summi pontificis  
 redierunt, quo de Vualrimunde, et de Riddapisbusin et  
 de Lapide sancti Michaëlis abbatibus iniungebatur, ut de  
 ueritate eorum, quæ præposito ab his obijcerentur, inqui-  
 rerent, et causam ipsam regulariter terminarent.  
 renocantes in iuratum, quidquid post appellationem contra  
 prædictos, uel eorum fautores, à præposito inuenissent  
 temere attentatum. Abbates iuxta quod in mandatis accepe-  
 rant, missis præposito literis præceperunt, ut fratribus suis

Waltkünde.  
 Riddapisbusin.  
 Lapis S. Mi-  
 chaelis.

convocatis die beati Gregorij, ipsorum, in ecclesia severi  
montis, praestolarentur adventum, ubi de iniuncto sibi  
essent negotio tractaturi.

Genotus Nienburgensis abbas, cum Henrico comite  
Aschaxia, filio Bernardi ducis, pro advocatia ecclesiae  
suae longi temporis habens discordiam, ab hominibus  
eiusdem comitis, oculis exitis caecatus est. Cui etiam

Genotus  
Hans. Com.  
Archidiaconus  
Bernardus

Nienburgensis ab-  
bas caecatus; et  
mutilatus lingua.

cum ipse linguam conaretur abscondere, recuperato  
eam sagittae ferro, eiq; infixo trahentes, illo uolenter  
retrahente, scissam per medium reliquerunt. Unde  
cum postmodum proorsus impeditum haberet loquendi  
officium, adhibito medico partem linguae scissam, truncam,  
etiamq; admodum naturalem, in formam fecit, quod etsi no  
usquequaque, non parum tamen ei cognoscitur profuisse.  
Hoc autem tempore ante nupex elapso, unus de fra-  
tribus ecclesiae Nienburgensis obierat, quem abbas pro  
eo, quod inter res ipsius, quas moriens dimisit, XIX.  
nummos inuenerat, extra coemiterium sepulturae tradi  
iussit, ipsos denarios super eum iactari, adijcientibus,  
Pecunia tua tecum sit in perditione, mansans insuper  
ne quis pro eo orationem priuatam uel publicam cele-  
braret. Nocte uero quae diem mutilationis abbatis  
antecebat, frater idem mortuus, alteri cuidam frater  
in somnis uisus est in claustris deambulare, uas ali-  
quod ferens, prunis ardentibus plenum. Cui cum casu  
abbas, ut uidebatur, occurrisset, prunas ipsas in faciem  
eius iactauit, et disparuit. Die altera, uisione iam per  
plurimos divulgata, fratres inter se iocose quidem in-  
terpretationem eius hanc asseriebant, quod uidelicet frater  
ille, exacturus esset de abbate, de illicita sibi contumelia, ultio-  
nem, Cum uero de casu abbatis nuntium accepissent;

Fabula.

B

H



non sine admiratione visionis illius recordati sunt.  
 Hac idcirco memorare libuit, ut intelligatur non semper  
 per praelatorum sententiam, Dei iudicio approbati, sed  
 ipsos saepius potestate sibi à Deo commissa non ad cor  
 regentes, sed ad prauandos, ut non dicam damnandos  
 subditos abutantur, homines videlicet non peccata per  
 sequentes, ultionis diuinae sententiam promereri.  
 Rusticum etiam quendam ecclesiae, abbatis iussu capti-  
 uatum, iudex uille Nienburgensis in uinculis diu deti-  
 nuit, causa tali contra ipsum composita, qua mortis  
 sententia esset punienda, hoc abbate intendente, ut  
 timore sententiae, rebus suis se redimere festinaret.  
 Cum uero ille innocentiae suae conscius, ad dandum  
 pro se aliquid induci non posset, et diu maceratus  
 ad magnum corporis uenisset defectum: iudex de ipso  
 abbati suggestit, petens ut eum à uinculis relaxaret.  
 Illo nolente, sed potius ut iuxta causam contra ipsum  
 compositam de eo iudicaret praecipiente, inuito et pluri-  
 mum dolente iudice, rota confractus est. In eodem  
 autem campo, quo ille accepit sententiam, abbatem post-  
 modum contigit excaecari, credo ut ex hoc intelligeret, se  
 ad tanti reatus poenitentiam commoneari.

Abbas iniquus  
 et impius, et  
 crudelis.

Bernh. C. Bernhardus comes de Lippe, uix seculi actibus deditus,  
 de Lippe. post multa bella, inter quae rapinis et incendijs multis  
 iniuriosus extiterat, Deo inspirante animo habitusq; muta-  
 to, in quaedam ecclesia nouella, quae primitus Hosenum  
 Hofe Win. Rele dicebatur, primum Cisterciensis ordinis monachus,  
 deinde eiusdem loci abbas factus, ac demum curiam  
 Linonia. prouincia Guoniensi episcopus electus, et à filio suo  
 Utrecht. episcopo de Utrecht consecratus est, cum quo etiam  
 sequenti anno alium filium suum Bremensem archi-

episcopum consecrauit.

Daniata ciuitas à Christianis capta.

Daniata.

M. CC. XX.

Abbatē de Vualkinride, et de lapide sancti Michæelis  
die beati Gregorij Sexenim montem uenerunt, festo,  
uidelicet de Riddapishusin, quod interesse non posset,  
sed quicquid isti rationabiliter agerent, hoc ratum habe  
ret, nuncio et literis affirmante. Quæ uero in horum  
præsentiâ gesta sunt ex scripto ipsorum, quod subiectum  
est melius declaratur.

Abbas.

Fredericus Dei gratia  
Vualkinride, Conradus de Riddapishusin, et Tidericus  
de lapide sancti Michæelis abbates, uniuersis, ad quos

Fridric.  
Conrad.  
Tideric.

præsens scriptum peruenerit, notum esse uolumus,  
quod cum à summo pontifice acceperimus in manda  
tis, ut ad reformandum statum ecclesie sexeni montis,  
super quibusdam articulis, de præposito eiusdem monasterij  
à suis subditis ipsius auxibus intimatum, inquireremus  
diligentius ueritatem, ad locum ipsum accedentes, partes  
ut ad bonum pacis redirent multipliciter hortabamur,

quæ tandem se post allegationes multimodas Popponis  
noui operis in Hallis, et Vuexnhæri in Lippe præposito  
rum, Henrici monachi in Vualkinride, et A.

Poppo.  
Wrenig.  
Henric.

montis sexeni canonici regularis arbitrio submisserunt,  
tam in nostras quam ipsorum arbitrorum manus fideliter  
promittentes, ut quod omnes, uel eorum res, partibus præ  
cipere, obseruandum ipsi modis omnibus adimplerent,  
nobis nihilominus hac auctoritate concessa, ut per censuram  
ecclesiasticam compesceremus, si qua partium earum sta  
tutis præsumeret obuiare. Nos igitur, ut in negotio

liberius possent procedere arbitri memorati, excommu-  
 nicationis vinculo innodavimus partem, qua eorum  
 arbitrio, ausu temerario contingeret. Forma igitur  
 arbitrii hæc est. Dominus Tidericus et dominus

Arbitrorum  
 sententiam.

C. quos dominus Tidericus præpositus sexenni  
 montis se dicit excommunicasse, ad abundantem caute-  
 lam incontinenti debent absolvi sine poena. Reliquum  
 arbitrii dominis delegatis et eorum fratribus, et huius  
 ecclesie conventu, presentibus promulgabitur in capi-  
 tulo. Dominus Tidericus et dominus C. tam pro  
 se, quam pro sibi fauentibus, coram præposito venient,  
 petentes, et dominus præpositus prosternatur leuabit, et in  
 osculo pacis pro omnibus recipiet. Dominus præpositus  
 per se sigillum habebit, conventus per se sigillum habebit,  
 sub sigillo ecclesie præpositus nihil scribet sine consen-  
 su conventus, et e converso. Dominus præpositus sum-  
 mam pecunia, quam dominus marchio hinc ecclesie  
 debet, sub testimonio fratrum debet repetere, cum instantia  
 et bona ecclesie, unum scilicet et mansos seu cur-  
 tes ad consilium conventus, bona fide qua recuperare  
 potest, recuperet. In posterum vero possessiones ecclesie  
 aut unum sine consensu capituli inbeneficiare non  
 præsumat. De personis in collegium fraternitatis reci-  
 piendis, tam in viris quam in foeminis nullam reci-  
 pere præsumat dominus præpositus, sine consensu capituli,  
 maxime sacerdotum. Dominus præpositus de rebus  
 ecclesie violentè ablati, in quolibet laicos iudicialiter  
 canonicam debet exercere ultionem. Dominus Tidericus  
 de Crozue, comparavit quasdam imagines ad ornatum  
 altaris, quas si habet, bona fide restituat. Omnis rancor

Tidricus  
 de Crozue

inter fratres cessare debet, et hinc inde obiecta am-  
moto sint sopita. et si quis ea renovare uel tractare  
presumpserit, poena arbitrij subiacet, si fuerit conu-  
ctus. Dicitur est quod dominus. praepositus negligens  
fuerit circa disciplinam claustralem, ad hoc dicit arbi-  
trium, quod nemo claustrum egrediatur sine licentia  
praepositi uel prioris, ad cauendam infamiam. Si quis  
egrediatur pro inobediencia iudicatur. Clausuris et  
proprietas caveant. Ianua claustrum cum ianua  
scholarum firmiter claudatur de nocte, clavis mit-  
tatur Priori. Actum in monte sereno, anno domini  
ca incarnationis M. CC. XX. VII. Cal. Maij.

Hunc finem habuit contentio, qua occasione Tiderici  
excitata, sereni montis ecclesiam decem mensibus inque-  
rauit. Et hoc quidem arbitrium ad reformandum  
in melius eiusdem ecclesiae statum sufficiens fuit, effi-  
ciens uero processus ad aliud non inuenitur, nisi ut eis  
pro quibus factum est, saluti ex eo periculum procuraretur,  
quod tamen de eius obseruatione non prouenire certum  
est.

Ecclesia maior Haluerstadiensis consecratur sequenti Halbst.  
die assumptionis Dei genitricis, a Federico Haluerstadiense, Frid. g.  
Sifrido Hildenesheimense, Conrado Mintense, Hauerber- Sifrido.  
gense et Christiano Prucia episcopis, anno postquam a Conrado.  
duce Henrico exusta est XII. Etung.

Caput sancti Mauritiij ab Alberto archiepiscopo ablatum Albas An.  
est Magdeburg. Castrum Tuchi ab eodem archiepiscopo Tuch.  
po contra Tidericum marchionem edificatum est. Tiderij M.

Frid. Imp. Fredericus rex ab Honorio papa III. in imperatorem  
consecratur. consecratur Romae in die beatae Ceciliae, cum summa pace.

Tidring M. Tidericus Misnensis et orientalis marchio, filius Ottonis, filij Conradi marchionis senioris obiit Cal. Martij sepultusq[ue] est in Cella iuxta patrem suum.

M CCXXI.

Allay. Albertus archiepiscopus rogatus à Tidrico præposito in quatuor temporibus quadragesimæ, primus in ecclesia serenæ montis, clericorum ordines celebravit.

M. CC. XXI.

Poppo Fr. Poppo Hallensis ecclesie præpositus à prælato capituli

Goslaria. Goslariensis in patrem electus, Tidericum serenæ montis

Tidring Fr. præpositum excommunicavit, pro huiusmodi causa.

Tidring M. Tidericus marchio orientalis, filius Conradi marchionis senioris, hortatu EK Rebarde præpositi serenæ montis ad servitium patrum iam dicti capituli, in die exaltationis sanctæ crucis, redditus duorum talentorum reddidit in villa Stuxenon, sub hac forma, ut per manus præpositi serenæ montis, qui pro tempore fuisset, idem redditus eis annis singulis ministraretur, et si celebrationem illius capituli quocumque modo festum contingeret, ecclesia serenæ montis ipsa bona libere possideret.

Et hoc factum privilegio confirmavit. Præter hæc autem, quidam fidelium pro bonæ voluntatis arbitrio, tantum de rebus suis ad idem opus annis singulis, quam diu vixerunt dare consueverant, ut summa V. marcarum colligeretur, de quibus eis, qui ad capitulum die prædicta convenissent, præpositus serviebat.

Annis vero pluribus evolutis, et iisdem datoribus mortuis, soli marchionis redditus remanserunt. De quibus cum Tidericus præpositus, aliquot annis iuxta

priorum suorum consuetudinem seruare negligeret,  
propter bonorum illorum ut ipse assererat à bellantibus  
devastationem. Prælati illi coram patre capituli, præpo-  
sito Hallense, de eo sæpius conquesti sunt, iniuriam  
tamen ei in parte aliqua irrogantes, quoniam ab eo su-  
pra suo talenta, etiam hoc quod ab alijs fidelibus adde con-  
sueuerat, quodq; eis defunctis dari cessauerat, exigebant.  
Poppo uero præpositus, cum eum priori anno ab officio  
suspendisset, quod tamen nunquam ei sicut oportuit  
significauit, sequenti anno ad conuocentium instan-  
tiam hoc adiecto, quod biennio à capitulo se subtraxisset,  
excommunicationis contra eum sententiam promulgauit.  
cuius rei potestatem eum habere prælati illi asserabant,  
ex quibusdam uerbis, quæ in privilegio Eugenij Papæ Engimur.  
quod de confirmatione capituli Goslaruensis dedit, continen-  
tur, hoc probantes, quæ ita se habent. Fratres quoque  
qui de uestris claustris assumpti, in alijs ecclesijs sunt  
constituti præpositi, aut in posterum statuentur, si forte  
in seipsis, aut in religione, siue in ordine canonico deli-  
querint, aut circa suos subditos negligentes extiterint,  
licitum sit præpositis huius conuentus, eos pro excessi-  
bus suis corrigendis, monere, et si post eorum monito-  
nem, reprehensibilia sua mutare nullatenus uoluerint,  
seuerius corripere. Hoc quod hic dicitur seuerius corri-  
pere, illi ita interpretati sunt, id est excommunicatione.  
Quæ interpretatio etiam si uera esset, tamen ex diligenti  
loci illius consideratione, longe ad aliud cognoscitur per-  
tineret. Diebus dehinc effluentibus cum præpositus  
Hallensis renunciationem differret, quidam de frater.

bus serenæ montis familiaritatem eius habentes, de com-  
 positione inter ipsum et Tidericum præpositum, non  
 iussi quidem, tractare coeperunt, ad quod ille eis consen-  
 tens serenum montem uenit, illisq; meretricibus nego-  
 cium tractari coepit. Tidericus præpositus de consilio  
 featum suorum compositionem libenter se admittere  
 respondit, si tamen ille et uoce et scripto fateatur  
 suam, quam contra ipsum tulisset, sententiam, nullam  
 esse, nec aliquid firmitatis habere potuisse. Præpositus  
 uero Hallensis, qui hoc modo componere uolebat, ut ille  
 absolutionem ab eo petens acciperet, istud à se exigi  
 audiens, grauiter tulit, nec aliquatenus in hoc se  
 consensurum respondit, et Tidericum præposito ad sede  
 apostolicam appellante, eum excommunicatum, featibus  
 denunciavit. Verum ER Rehartus Merseburgensis  
 episcopus, comperto quod acciderat, utrumq; ad se uoca-  
 uit, et uerbo illo, cuius occasione Poppo præpositus ex-  
 communicandi auctoritatem sibi arrogabat, cum uiris  
 literatis diligenter discusso, ostendit eum inanem sen-  
 tentiam protulisse, et ad hoc perduxit negotium, ut præpo-  
 situs Hallensis et pater patrum capituli Goslariensis,  
 et uua uoce et literis fateatur, sicq; eos ad prio-  
 rem concordiam uenocauit. Porro forma literarum  
 talis est. Poppo dei gratia noui operis in Halla præpo-  
 situs, et pater patrum capituli Goslariensis, omnibus,  
 præsentem paginam inspecturis, gratiam in præsentibus  
 et gloriam in futuro. Nouerint uniuersi, quod nos  
 sententiam excommunicationis, quam de consilio capitu-  
 li Goslariensis, in uenerabilem fratrem nostrum Tideri-  
 cum præpositum montis serenæ, protulimus, nulla præce-

Erbrecht.

papo p.  
11 pp.

dente absolute, in presentia Domini ERKebardi  
Meisburgensis episcopi, dicimus non tenere, et ad ma-  
iorem rei certitudinem hanc nostram paginam sigillo  
domini episcopi petimus insigniri

Henricus de Viteberge Haluvestadensis ecclesie cano-  
nicus, clericatu relicto, miles factus, castrum quoddam  
in confinio civitatis Ouedelingenburgensis edificare  
aggressus est, quod Henricus comes de Regynstein obse-  
dit et cepit, et XXIII homines in eo deprehensos decolla-  
vit. Damnata civitas a Paganis recuperatur.

Bresnik castrum edificatur

Fredericus comes de Brene, filius Frederici, filij Conradi  
marchionis senioris, in partibus transmarinis infirmatus  
ad vitam templariorum se transtulit, defunctusq; est die  
beati Galli in civitate qua Teutonice ARRES dicitur. Reli-  
quit autem duos filios Othonem et Tidericum et duas  
filias.

Vuerenherus primus de Lippe præpositus obiit XVI.

Cal. Martij, cui successit Wilhelmus qui a capitulo  
severi montis in numerum fratrum susceptus est.

M. CC. XXII.

Poppo novi operis et Otho sancti Mauricij Hallensis præ-  
positi XVII. Cal. Junij a severo monte Prussiam pro-  
fecti sunt. Henricus præpositus de Goslaria, cognomine  
Minnekke a Conrado Hildenesheimensi episcopo, de hæresi  
Manichæorum convictus, depositus, et in custodia continua  
detentus est.

Inundatio. De inundatione aquarum ex pluvia in ulla Isleue, et  
in vicinis illis, CC. et L. et amplius homines perierunt

Frederig de  
Brene phals  
maide  
Templarij

Henricus de  
Faidoburg.

Ouedlingenburg.

Henricus C. de  
Regynstein

Damnata.

Bresnik.

ARRES.

Frederig

Otho.

Tidericus.

8.

Wuerenherus primus.

Wilhelmus S.

Poppo.

Otho.

Henricus.

Conrado E.

Isleue.



11. Cal. Augusti, et ædificia plurima eversa sunt.

Goswinus Gosuinus Misnensis sanctæ Afræ præpositus obiit, cui  
S. Afræ. successit Albertus severi montis canonicus.

Albanus pr. Civitas Misna incendio deleta est in vigilia sancti Incendium  
Misna. Bartholomæi.

Orationum sanctæ Mariæ Magdalene, in aquilona  
Egardo E. vi parte maioris ecclesiæ severi montis, ab ERRE  
bardo Meuseburgense episcopo, die beati Galli dedica-  
tum est.

Colloquium inter Honorium Papam et Fredericum  
imperatorem, in epiphania domini Veronæ indictum  
est, ad quod multi de universis provincijs, tam eccle-

Colloquium Imp. et  
pont. Veronæ.

Tidricus pr.  
Wiltberg pr.

siastici, quam seculares viri, inter quos etiam Tidri-  
ceus severi montis et Wilhelmus Cillensis, præpositi,  
XIII. Cal. Nov. profecti sunt. Sed cum colloquium  
in aliud tempus dilatum fuisset. Tidricus præpositus

Romam processit, commissionesq; plures de ecclesiæ suæ  
negocijs impetrauit. Quisdam etiam suis viribus ma-  
ius tentare ausus est, videlicet ut ei pontificalibus  
uti Papa permetteret, quod nulla ratione potuit obtine-  
re, licet magnis petitionem muneribus præuenisset.  
Obtinuit autem indulgentiam XX. dierum, omnibus  
ad dedicationem ecclesiæ suæ, quæ est ad vincula  
sancti Petri adveniensibus, præterea potestatem excom-  
municandi omnes, qui ecclesiæ suæ violenti existeret.

Tidricus pr.  
impulsi et  
profusus.

Henricus de  
Rekkin.

Sed hanc literam per Henricum de Rekkin severi  
montis canonicum, quem præpositus expulerat contigit  
impetiri. Is enim præpositum proficiscentem inse-  
cutus, sed ægritudine in via detentus, cum iam præpo-

situs venire disponeret Romam venit, et per quendam  
Papae camerarium, ut ad respondendum sibi venire  
tunc, obtinuit. Praepositus vero intelligens, quod si litem  
cum eo ingressus esset, usque ad finem negocij rema-  
nendum sibi esset, insuper expensis carens, quippe qui  
in praedictis negocijs promovendis profusus extiterat, XC.  
enim marcas tunc dicitur expendisse, praeterea conscien-  
tia stimulante iudicium reformidans, cum ea quae Hein-  
ricus ei obijcere parabat non ignoraret, per magistrum  
Iacobum poenitentianarium, cuius sibi favorem non *parvo parit.*  
paucis maris redemerat, cum etiam infirmari vide-  
retur, ut camerario praedicto abeundi licentiam acci-  
peret, impetrauit, constituto tamen pro se procuratore  
Ioanne quodam episcopi Herbipolensis clerico. *Jo. Johannes Cl.*  
tempore papa usque ad desperationem infirmabatur,  
ita ut a multis etiam mortuus diceretur, nec facilis  
ad eum cuiquam erat accessus, quae res maxime  
praeposito recedendi copiam procuravit. Henricus eni-  
de verbo Apostolice eum de hinc satagens, in praesentiam  
ipsius venire non potuit, licet tres marcas pro uno  
introitu cubicularijs obtulisset. Tanta autem ad receden-  
dum praeposito fuit festinatio, ut literas praedictas, scilicet  
de indulgentia, et potestate excommunicandi, quae ea die  
ad audientiam deferenda erant, non expectaret, sed  
nocte discedens, cuidam magistro Lutheo Nuenburgen *M. Lutheo*  
sis ecclesiae canonico, relinqueret promovendas, quas cum *Numb. Can.*  
Henricus in audientia recitari audiret, literam quidem  
indulgentiae amplexus, transire permisit, excommunicati-  
onis autem literam, quae in eius iudicium impetrata

urdebatur contra. Tenor enim talis eius erat, quod  
 Papa inter cetera affirmabat, ex insinuatione præpositi  
 se dedicisse, quod quidam prælati terræ suæ, excommu-  
 nicatos ipsius manu tenerent, in ipsius præiudicium  
 et gravamen, contra quos præposito potestas ferenda sen-  
 tentia conferebatur, qui articulus Heinrico suspectus  
 erat, propter patrum ipsius Siferdum abbatem Piga-  
 uensem, qui eum expulsam collegerat, et hoc modo litera  
 illa suspensa, et sequenti die a magistro contravictarum  
 scissa est. Præpositus vero paucis post festum purifica-  
 tionis diebus, domum reversus est. Absolutione pro-  
 fectionis suæ in Prussiam sub testimonio literarum poe-  
 nitentiarum impetrata, qua ad subsidium terræ illius  
 cruce signatus erat. Modus autem absolutionis erat,  
 ut tres marcas annis singulis terræ illi soluerentur,  
 donec XX. marcarum numerus expleveretur.

Siferdus

Prussia

Terræ motus magnus per omnes transalpinas provin-  
 cias usque Romam, præterea Venetijs et in pluri-  
 bus alijs maritimis civitatibus factus est, qui die media  
 natalis domini incipiens, usque in octavam eiusdem  
 duravit, de quo multorum ædificiorum ruinas, et  
 hominum oppressiones contigit provenire. Sanguis  
 etiam cum pluvia postmodum descendere visus est.

Terræ motus

Pluvia sanguinis

M. CC. XXIII.

Henricus de Rekin

Henricus de Rekin serenitatis montis canonicus, de  
 consensu procuratoris præpositi, causæ suæ iudicibus  
 impetratis, ad Pascha redijt de partibus transalpinis, cum  
 mandato summi pontificis, cuius contenta talis erat.  
 Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis

filij sanctæ Maria Magdeburgensis, et de gratia  
dei Diocesis Magdeburgensis præpositis, et magistro M. Alberti  
Alberto canonico Misnensi, salutem et apostolicam bene  
dictionem. Cum olim tam ex literis venerabilis fratris  
nostri Magdeburgensis archiepiscopi, apostolica sedis legati,  
quàm ex conquestione dilecti filij Heinrichi, canonici  
montis severi Magdeburgensis diocesis, felicitis recordatio  
nis Innocentij prædecessoris nostri papæ, fuisset aposto  
latus reservatum, quod Tiberius ipse ecclesie præpo  
situs eundem Heinrichum pro eo quod ipsius prædecesso  
ris nostri, et dicti legati detulerat literas, ab eadem eccle  
sia turpiter expulisset, faciens quosdam laicos et clericos  
ad hoc specialiter evocatos, in eundem manus iniectæ  
violentas, et quosdam de fratribus suis, qui eius nolue  
runt tyrannidi consentire, punire graviter præsumpsis  
set, ac insuper cum complicibus suis, post excommuni  
cationem à præfato legato pro ipso in eosdem prolatam,  
divina non fuisset veritas officia celebrare, quodq; postq̃  
iam dicto legato fuit, iuxta formam ecclesie absolutus,  
memoratum canonicum, ad suam ecclesiam revocare  
nullatenus voluisset, licet hoc ipse ab eodem iniunctum  
fuisset, sub debito præstiti iuramenti, præfatus prædecessor  
nostre dilecti filij præposito sancti Nicolai. A. —  
collevario et H. — canonicis Magdeburgensibus  
suis dedit literas in mandatis, ut si ita esset iam dictum  
præpositum, ut canonicum memoratum benigne recipe  
ret et tractaret, monitione præmissa, per consuetam  
ecclesiasticam, remota appellatione compellere procura  
rent ipsi

vent ipsi et complicibus eius, pro praefatis excessibus poena  
 canonicam infligere, ut ea docente cognoscere, quam  
 temerarium esset contra stimulum calcitrare. Cum autem,  
 sicut idem praedecessor noster, ex ipsorum intellexit continen-  
 tia literarum eidem iudicis praepositum ipsum auctorita-  
 te mandati apostolici peremptorie citavissent, ut eorum  
 se conspectui praesentaret, iam dicto canonico super his  
 qua praemisimus responsurus, ipse nec venit, nec misit  
 pro se idoneum responsalem. Veruntamen quidam clericus  
 nullis tamen exhibitis literis comparuit coram eis, qui pro  
 eo ab ipsis in nullo quavato sedem apostolicam appellavit.  
 Licet autem appellationem eius reputassent frivolum et  
 inanem, quia tamen intellexerant eundem praepositum  
 ad sedem apostolicam accessisse, ut in praesentia partium  
 melius vel plenius veritas appareret, iam dictum canoni-  
 cum cum suis literis, processum eorum continens, ad  
 nominati praedecessoris nostri praesentiam transmiserunt,  
 saepe fatus praedecessor noster, eiusdem compatiens labo-  
 ribus et expensis, ipsum duxit ad eosdem iudices remitten-  
 dum, dando eis per suas literas in praecipis, ut si res  
 faliter se haberet, ad locum, et beneficium suum canoni-  
 cum restituentes eundem, non permitterent ipsum super  
 his a quoquam indebitè molestari, nihilominus a dictis,  
 praeposito et suis complicibus de illatis iniurijs sibi compe-  
 tentem satisfieri facientes, contradictores per censuram  
 ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Ceterum  
 quoniam praepositus memoratus de Symonia, dilapidatione,  
 periurio ac alijs multis dicebatur criminibus infamatus, et  
 quod etiam excommunicatus praesumpisset celebrare divina,

ac insuper ante confirmationem obtentam administratio  
ni ecclesie montis sereni tam in spiritualibus quam in  
temporalibus se impudenter ingesserat, à quibusdam  
de fratribus eiusdem ecclesie, coram seculari iudice  
obedientiam exigens, et extorquens, eidem dederat in  
mandatis, ut inquisita super his diligentius ueritate,  
quod canonicum esset, appellatione postposita, statuerent  
et facerent, quod statuerent per censuram ecclesiasticam  
firmiter obseruari, ita quod si non omnes mandatis  
exequendis apostolicis possent interesse, quo ipsorum  
ea nihilominus exequi procurarent. Dicit uero iudices  
licet in prefato negocio usque ad citationem partium  
precessissent, per eos tamen negotium ipsum terminari  
non potuit, propter ipsius obitum mandatoris. Quare  
prefatus canonicus fatigatus diutius laboribus et expen  
sis, a nobis humiliter postulabat, ut super his providere,  
paterna sollicitudine dignaremur. Ne igitur occasione  
huiusmodi, iusticia derogetur, discretioni uestrae per apo  
stolica scripta precipiendo mandamus, quatenus in  
eodem negocio iuxta iam dicti predecessoris nostri  
mandatum, sublato appellationis obstaculo, ratione pre  
uia procedatis. Quod si non omnes his exequendis  
potueritis interesse, quo uestrum ea nihilominus exequan  
tur. Datum Ferent. XIII. Cal. Martij, Pontificatus  
nostri anno VII. Harum auctoritate litterarum  
per octidie ante octauam apostolorum, prepositus à pre  
scriptis iudicibus peremptorie citatus est terminum ha  
bens octauam sancti Laurentij, et locum monasterium

Nimburg. Nienburg prope Salam.

Breslau. Castellum Bresnia à Ludouico Langrauo destruitur.

Ludouig Lang. Waldemar rex Dacia à comite Henrico de Pise  
 Waldemar R. rex, cum uno filiorum suorum captus, et primo in  
 castro Lensin, postea Dannenberg detentus est.

R. P. d. d.  
 captus.

Harz C. de Suerin. Sifridus Pignaniensis abbas obiit uix strenuus, et qui in  
 multis ecclesie sue cognoscitur profuisse, maxime in  
 conseruanda eius libertate, tam in spirituali quam  
 in seculari iure, pro qua re multis sudans labori-

Sifridus Ab. bus, etiam uitae suae periculum nonnunquam exper-  
 tus, quorum omnium principum à falsis eius con-  
 stat fratribus pullulasse. Denique cum factus abbas  
 eos ad regularis obseruantiam disciplinae coarctaret,  
 cogitans Deo se pro eis redditurum esse rationem, illi

Embrey E. in eius odium excitati, eum apud Euerhardum, Merse-  
 burgensem episcopum, de mala administratione frequen-  
 ter accusauerunt, ita ut pro eorum instantia, licet ei  
 semper obsequiosus existeret, ad suam eum praesentiam  
 uenire praeciperet, administrationis suae rationem reddi-  
 turum, monachis nonnullis pariter euocatis. Ecclesia  
 enim Pignaniensis, quamuis à prima sua fundatio-  
 ne exempta fuisset et libera, praelatis tamen eius  
 iure suo ut dissimulantibus, uel non audentibus, uel  
 etiam, quod salua eorum reuerentia dictum sit,  
 nescientibus, sine obstaculo ab episcopis Merseburgense  
 bus ancillabatur, donec ueniret cui repositum erat  
 opus istud, homo natus ad laborem Sifridus abbas, ut,  
 quamuis per multos labores, eius industria in liberta-  
 tem propriam respiraret. Monachis itaque querimo.

monias suas contra eum exaggerantibus, intelligens  
ab episcopo se gravandum, priusquam feriretur, praeten-  
so clypeo se muniens, ad sedem apostolicam appellavit,  
seque et ecclesiam suam Turconi committens, summi Turcon.  
pontificis soluto colloquio, discessit. Porro episcopus  
super hoc novo eius ausu in admirationem ductus,  
unum de monachis quem familiariter diligebat, quo  
etiam abbas capitulo utebatur, qui abbate discedente apud  
episcopum remanserat, cui erat nomen Thymo de Thymo de  
Colditz, secreta eum et cum instantia rogabat, ut sibi Colditz.  
proderet, si quid sciret qua fiducia visus abbas, appellare  
praesumpsisset, illo respondente quod fiducia exemptionis  
hoc fecisset, cuius videlicet privilegium haberet. Episco-  
pus maiori rogabat instantia, ut de hoc eum certifica-  
ret, ipsum et privilegium si posset exhibendo. Quod  
cum ille, clavem ciste in qua continebatur privilegium,  
habens, promississet, et promissum persolvisset: episcopus  
lectum privilegium, ut dicitur, in ignem proiecit, de cuius  
exustione non parvum sibi contentionis incendium suscita-  
vit. Praefatus autem Thymo cum custodis fungeretur  
officio, et alij quidam monachi officiales ecclesiae Pigaui-  
ensis, consilio cum episcopo inito, quos curru<sup>ab</sup> episcopo  
missos, ornamento onerantes, ecclesiae omnia Merse-  
burg transulerunt, et abbas monachos quidem illius  
facti auctores, suis privatis administrationibus, de caetero  
contra se invalidos reddidit, ipse vero Romam profectus,  
cum episcopi nuncijs contra se missis, qui eum contra  
ius a subiectione Merseburgensis ecclesiae resisterse quere-  
bantur, longo tempore coram summo pontifice contendit.

Monachi  
fuerunt.



tandemq; de eorum consensu iudicibus impetratis reuer-  
sus est. Episcopus vero iudicum sententia, ut omnia  
quae de ecclesia Pigauiense ablata erant, ad locum ipsum  
reducerentur, cogebatur, postmodum cum abbate de  
iure suo litem habiturus, quod ille usquequaque perficere  
inuirosum reputans, sed tamen contra stimulum calci-  
trare non ualens, ea ad Portensem ecclesiam deduci  
fecit, iudicibusq; amplius eum cogere dissimulantibus  
a loco illo, ab Abbate sublata, Pigauiam reducta sunt.  
Verum quia privilegio non restituta ecclesia Piga-  
uiensis adhuc expoliata ostendebatur, episcopi contra  
abbatem conatus superuacuis uidebatur. Contentione  
autem inter eos, per annos plurimos perdurante,  
abbati magnum robur accessit diuinitus procuratum,  
contigit enim translationem fieri corporis sancti Otho-  
nis, Bauenbergensis episcopi, cuius reliquias cum  
abbas impetrasset, et ecclesiam ex lignis, in eius honore  
iuxta ciuitatem Pigauiensem construxisset, tantus illuc  
fidelium concursus factus est, ut DCCC. marcae de *Collationes.*  
sacrificio primi anni computarentur. Durat autem  
usque hodie concursus idem, etsi offerentium uideatur  
numerus decreuisse. Non autem abbas circa tanti  
boni patronum, negligens erat, sed primo, ipsum orato-  
rium ligneum a duobus cardinalibus, qui tunc apostoli-  
cae sedis legatione in Teutonia fungebantur, dedicari  
fecit, deinde paludem in qua constructum erat sumpti-  
bus magnis desiccans, circa ipsam, ecclesiam decentem  
ex coctis lateribus edificauit, reditusq; quantos poterat,  
tempore opportuno loco ipsi acquirens, regulares in eo

Porten.

Ordo Bnd. E.

canonicos instituere intendebat, habens de hoc ex per-  
missione summi pontificis potestatem. Fiducialiter  
itaque eo contra episcopum agente, ille tantum expensa-  
rum pondere lassatus est, ut ad Henricum imperato *Henr. imp.*  
rem confugeret, et pedibus eius prostratus, adiuvari se  
contra abbatem postularet, de multis eum accusans, et etiā  
contra imperatorem eum agere affirmans, tantumq[ue]  
eius animum concitavit, ut latinis uerbis mortis eum  
filium esse proclamaret, præcipiens quibusdam suis fide-  
libus, quorum unus Cuono de Minceburp dicebatur, *Cuono de  
Minceburp.*  
uir crudelitate famosus, ut ubicunque inuentus fuisset,  
eum perimere procuraret, postmodum tamen consilio  
et auxilio Tidexici de Mulebusin, camerarij impera- *Tid. de  
Mulebusin.*  
toris, gratiam eius recuperavit, qui abbati consanguini-  
tate proxima iungebatur. Perpendens uero, iudices  
suos personæ episcopi contra iusticiam reuerentiam  
habere, ab eis appellans, alios de latere papa iudices  
postulavit, missiq[ue] sunt ei, Decanus de Tridento, et ma-  
gister præpositus, quibus, negotio diligentiam adhibenti-  
bus, ad hoc perductum est, ut ab utraque parte testes pro-  
ducerentur, quibus actis, et attestacionibus scriptis,  
et uterque parti assignatis, priusquam in præsentia  
summi pontificis publicarentur, Euerhardus episcopus, *Euerhardus*  
et uiuendi et litigandi finem fecit, et sciendum  
abbatem inter ista nequaquam malis domesticis caruisse,  
se, nam Thymo de Coldin monachus sæpeditus, custo- *Thimo de  
Coldin*  
dia se priuatum dolens, Henrico fratri suo secreto per *Henric.*  
suasit ut missis armatis abbatem captuaret, scilicet ut  
eum officio suo restitueret compellendum, quod illi

perferentes, et in vicino nemore seminudum et inciba-  
 lum per triduum eum detinentes, ut monachum constitu- Abbas cyph.  
 ret compellebant. Sed cum nec verbis minacibus, nec  
 gladijs euaginatis, promissionem ab eo saltem extorquere  
 ualuisset, quarto die peditem eum redire Piganiam  
 permiserunt, confessi postmodum, factum illud Thy-  
 mo nis consilio consumatum, propter quod a featum  
 expulsus consortio, dignam sui facti mercedem conse-  
 cutus est. Alio de hinc tempore quidam monachoru  
 conspirati, domum quandam firmam in confinio  
 claustru, featum usibus aedificatam, occupauerunt,  
 communemq; cellarium expoliantes, omnia ad uictum  
 pertinentia in ea contulerunt, militesq; et seruos  
 armatos quos conduxerant, in ea locantes, abbatem  
 expellere nitebantur. Aduocata ecclesiae Piganensis  
 immediatè ad imperatorem pertinet, nec iure feudi  
 cuiquam conferri potest, sed habet potestatem abbas  
 eligendi aduocatum ad quantum temporis spacium  
 uoluerit, quemcumq; sibi uiderit expedire. Quam  
 libertatem Siferdus abbas ecclesiae suae multis laboribus  
 et expensis, primo à Federico Heinrici filio, impera-  
 toribus, factis sibi privilegijs acquisiuit. Tempore igitur  
 quo haec gerebantur, Federicum quendam de Groin  
 ex imperatoris fidelibus, aduocatum habens, eius auxili-  
 um contra monachos inuocauit, qui collectis auxiliatori-  
 bus ad domum accessit, sed priusquam aggressionem  
 faceret, armatis qui intus erat collocatus, persuasit ut  
 ablatis rebus suis, abscederent, quorum plerique ei homi-  
 nio tenebantur. Monachi eorum praesidio nudati, in

Featus  
 monachi  
 milites constabant.

Aduocata  
 Piganensis  
 iuris legimus.

+ postmodum à filio  
 ipsius Heinrico, et  
 nostris temporibus à  
 Federico

Federicus de  
 Groin.

Monachi fumo  
exingnantur.

nullo sepmores apparebant, sed per fenestras domus  
pugnaciter astantes, eos qui uoluerent accedere, lapidi-  
bus perturbabant. Fredericus uero cuppam, altero eius  
fundo excusso, super curvum stabilitam, lignis sicis  
replevi fecit, et resina, et larice, et pice, pariter introiectis,  
quibus succensis, præcepit suis, ut curvum ante se impel-  
lentes, domui applicarent. Pugnatores uero illo incendio  
terrenti, et fumo uexati, à parte altera, ubi domus agge-  
rem habebat, terræ mollicijs desilientes, fuga elapsi  
sunt, et hoc sine destructa domo, tumultus ille clausus  
est. Verum monachi cum universaliter abbatis odio  
tenebantur, et uiderent, quod manifestis conatibus iugum  
eius à cervicibus suis non possent excutere, de morte  
ipsius negotiari coeperunt. Nam die quadam abbate  
cum suis ad prandium consetente, unus ipsorum  
Tobias nomine, cibum aliquem accurate præparatum, ei Tolius.  
attulit, sed cum aliquantum à conspectu eius recessisset,  
repente in gemitum cum fletu erupit, quem cum abbas  
reuocare præcipiens, cur fletet interrogasset, respondit,  
ideo se flexe, quod ministerio cibi illius uenenati, mor-  
tem ei certissimam procueasset. Abbas uero cibo ipso, de  
quo nondum gustauerat, et omnibus quæ in mensa erant  
proiectis, terrentus surrexit, monachum uero consolatus  
est, dicens, se ei poenitentem hanc culpam remittere,  
quia ille non se facti huius auctorem, sed aliorum  
fuisse nuncium fatebatur, de quibus tamen abbas inquisi-  
tionem facere non curauit. Præpositura est Pigauien-  
sis, in loco qui Reholene dicitur, cui abbas monachum quem Reholena.

Venerunt  
abbatj pa-  
ratis.

tam praefecit, ad quem cum aliquando uenisset, ille, gratanter, ut uidebatur, eum suscipiens, et diligenter procurans inter cetera, cibum delicate, ipsi fundatim soli praeparatum, ei apposuit, de quo abbas modicum gustans, frater suo Heinrico de Rokkin, qui pater fuit Heinrici de Rokkin seueri montis canonici, et ibi aderat, misit, et ab illo ad alios peruenit, cuius effectum breuiter omnes, qui inde gustauerant expectati sunt. Monachum uero tanti, ut putatur mali auctorem, non solum ab illa administratione, sed etiam ab ecclesia Pipauiensi abbas remouit, ipse uero in cibis sumendis postmodum cautior fuit. Numerati sunt autem ultra XXVI. quos pro huiusmodi causis, diuersis fere temporibus expulsisse, quorum paucissimi ante uitae eius terminum recipi potuerunt. Ody uero quo erga ipsum tam pertinaciter mouebantur duplex fuit causa, una quidem quia illorum nulla eis sub ipso erat licentia; altera quia officia ecclesiae eos administrare nullo modo permittebat, quia cum olim ea administrassent, de his contra eum armati, multorum ei malorum causas et principia inuenti sunt, procurasse. Sed nec ex

Henricus de Rokkin.

Euehardus E.

Phil. Imp.

Tidricus de Sumersburg, de Guoin dicitur est, et de Guoin.

Euehardi episcopi morte, nec impugnantium se monachorum expulsionem, malorum terminum ei habere concessum est, denique post mortem Heinrici imperatoris, Philippus rex aduocatiam Pipauiensem Tidricus comiti de Sumersburg, qui etiam Sumersburg, de Guoin dicitur est, contra privilegia ipsius ecclesiae concessit, qui eam procaciter usurpans, et ciues

Pigauienses sibi uolenter seruire compellens,  
 nec ab ipsius abbatis iniurijs temperauit. Nam et  
 ab hominibus ipsius aliquando captiuatus est, et ab  
 ipso ab ecclesia Pigauiense expulsus, per annum  
 integrum in castro Vuirbene à Bernharo duce  
 Saxonie receptus, cum suis commoratus est. Accidit  
 autem ut officiales comitis, uinum de uinea abbatis,  
 quae est in uilla Hilpexhiz auferrent, Grouz ad ca-  
 strum comitis deducendum. Quo comperto abbas eos  
 qui circa se erant armatos, misit, ut eos si esset possi-  
 bile prohiberent. Habens uero dextrarium electum,  
 qui etiam propter ipsum notissimus erat, unum ser-  
 uorum suorum, qui Bruno dicebatur habitu suo, hoc  
 est cappa indutum, in eo misit, praecipiens ut ille  
 signum ducens, ceteros antiret. Illis itaque cum  
 uino iam in recedendo existentibus, uixi abbas eos  
 cum festinatione insecuti sunt, quorum unus post  
 tergum respiciens, et signiferum illum cappatum  
 uidens, equumq; agnoscens, abbatem uenire uociferatus  
 est. Tantus autem repente metus custodes illos inuasit,  
 ut uelociter curribus priusquam in aliquo hostes expe-  
 ruerentur, solum fugae praesidium quaererent, cum tamen  
 eis, quos fugiebant, numero longe praestantiores fuis-  
 sent. Isti uero curribus cum uino ablatis Vuirbene  
 reuersi, non sine incunditate ab abbate suscepti sunt.  
 Hoc ideo commemorare libuit ut intelligatur nomen  
 abbatis nonnihil ponderis habuisse, eumq; etiam huius-  
 modi adiutorijs uti solitum fuisse, non tamen  
 ad nocendum, sed ad nocentes cauendum et repellen-  
 dum. Postmodum discordantibus inter se Tiderico

Abbas pig.  
captus.

Wierba.  
Bernh. D.  
Sagouit.

Hilpexhiz.  
Grouz.

Bruno.

Abbas pro  
uino captus.

Abbas  
uicior uini  
comparat.

Locus abbas  
seruus pro  
uino propu-  
gnatis.

Tiderig M. Misnense marchione et Tiderico comite, abbas fauo  
 Tiderig C. re marchionis animatus Paganiam reuersus est,  
 militibusq; in ciuitate locatis uolentia comitis coepit  
 resistere, donec pertinaciter reluctantando eum contra  
 se redderet segriorum, quamuis eo uiuente nunq;  
 quieta paganus fuerit libertate. Mortuo comite

Discordia principum  
 monachis salubris est.

Conradus M. Conradus marchio frater eius aduocatum Paganensem  
 quam cum ipso a rege Philippo sibi concessam rece  
 perat, inuasit, sed a personalibus abbatis iniurijs  
 abstinuit, quia filium eius in baptismo suscepit,  
 quod ipsum tamen multis maris, si esset possibile,  
 se uelle redimere, adhuc uiuente fratre, dixisse fratre,  
 omnibus haec ita interpretantibus, quod si talis eum  
 non tenuisset occasio, a corporali eius lesione nullo  
 modo temperasset. Monebatur enim pro fratre  
 carnaliter, quia ille in obtinendo praeposito, abbate in  
 furior uideretur. Maxime autem pro quodam  
 uerbo, quod abbas minus caute protulerat, comitem  
 scilicet apostatam nominando. Idem denique comes  
 ecclesiae Magdeburgensis canonicus existens, etiam  
 ad subdiaconatus gradum promotus erat. Accidit

Parisij. autem cum in scholis esset Parisijs, ut contentione  
 inter burgenses et clericos orta, seuerentes ipsius ad  
 auxilium clericorum ab eo missi, homicidium com  
 mitterent, pro qua re de sua promotione desperans,  
 clericatum dicitur reiecisse. Post mortem Conradi

bono tempore .i.  
 Paris.

Conradus M. marchionis qui biennio tantum frater superuixit,  
 Tiderig M. Misn. Tidericus marchio Misnensis, modis omnibus am brebat,  
 ut ipse ecclesiae Paganensis aduocatus eligeretur,  
 quod cum abbas sibi non conuenire facere negligeret,

Ille ex fauore et amico in hostem mutatus, ualde eum  
uexare coepit, multa ei damna et iniurias uengando.

Ad extremum uero ante castrum Groitz quod ei hereditate Groitz.

Forum Mar-  
chio ruffus  
a pignoris  
sibi.

taxio cure obuenerat, uillam muniens, forum instituit,  
et teloneum, et monetam, omnibusq; provincialibus ab  
illa parte tam emere quam uendere uolentibus, ne  
Pipariam pergerent, interdixit. Abbas uero iudicibus

contra eum a sede apostolica impetratis, episcopo, deca-  
no et scholastico Herbipolensibus, omnem eius aditum  
euacuauit. Iudices enim, testibus eius auditis, sententiam

In sum di-  
gnis ad  
dicit.

pro ipso tulerunt, eiq; Brandenburgensem episcopum exe-  
cutorem dederunt, qui Groitz adueniens, conuocatis ca-  
strensibus et uillanis, forum, teloneum, et monetam, in  
loco illo haberi, auctoritate apostolica interdixit, omnesq;  
qui in ipsa uilla ad eius forense residentiam facerent,  
eandem auctoritate, excommunicationis uinculo innotauit.

Verum cum adhuc abbas marchionem de damnis

ab eo, et ab his quorum hereditatem perceperat, sibi illa

his impeteret, quae usque ad VII. millia, et quingentas

marcas computauerat, et propter haec, terra tota mar-

Marchio opti-  
intercessione Epi-  
scoporum ad  
abbatem.

chioni subiecta, sub interdicto ponenda esset, Albertus Albertus Arc.

archiepiscopus partes suas interposuit, et ut ipsius et Nien-

burgensis et Merseburgensis episcoporum, Engelhardi Engelhardi,  
scilicet et ERhardi arbitrio negotium committere Echardi.

huc a partibus impetrauit, ipsiq; partibus conuocatis arbi-

trium promulgantes, sententiam de foro Groitz prolatam,

confirmauerunt, et marchioni ut abbati pro damnis

Marchio  
multidante.

illatis quingentas marcas daret, sub poena excommuni-



canonis præceperunt, statuentes insuper ut si ita  
necesse esset successores eorum episcoporum, ab hæredibus  
marchionis sub eadem poena, pecuniam ipsam repe-  
terent, abbatis successoribus persolvendam, sicq[ue]  
omnibus qui aderant gaudentibus, marchio et abbas  
se vicissim in pacis osculo receperunt, et abbas  
quidem à multis laboribus, quibus pro ecclesia sua,  
per triginta et amplius, annos decertauerat ab hoc  
tempore respiravit, magnum inter mala omnia sola-  
tum, fauorem sedis apostolicæ semper habens.

*Ms. vult. sup.  
Ruffan.*

*Schlesing.  
Innocentio.  
Honorio.*

Nam et Celestino primitus, et post eum Innocentio,  
ac demum Honorio summis pontificibus gratulus  
admodum exstitit, et acceptus, quorum privilegij  
ecclesiæ suæ libertatem ita munivit, ut omnibus  
eum expugnare uolentibus redderet inaccessam.

*Everhardus  
Tidicus.*

Denique Tidericus Mersburgensis episcopus qui Ever-  
hardo successit, hæc ita esse sciens, toto tempore episco-  
patus sui, quem ultra X. annos tenuit, induci non  
potuit ut litem contra abbatem, quam antecessor suus

*Everhardus.*

pendentem deliquerat, suscitaret. ERKebardus  
autem episcopus ei succedens, cum esset iuuenis et  
iuris peritus, contemptibile nimis iudicans, in toto  
negocium omittere, iurum experiri uoluit, sed  
accepto magnanimitatis eius gustu, cito à proposito

*Garnoldus Ab.*

resiluit. Tempore namque quo Gernodus Nienbur-  
gensis abbas cæcatus est, Albertus archiepiscopus cum  
eodem Mersburgense, et alijs suis suffraganeis episcopis  
in hoc conuenit, ut propter casum memoratum, in toto  
archiepiscopatu Magdeburgensi, diuinorum celebratio

omitteretur. Hac ratione praefatus episcopus, abbati  
litteras destinavit, quorum principium tale fuit.

Sicca salus. EKKebardus Dei gratia Mersburgensis ecclesiae epi-  
scopus Siferido abbati Rigauensi salutem, addito dein- Siferidus Ab  
scops mandato, ut tam in monasterio suo, quam in  
ciuitate, celebrationem omitteret diuinorum. Abbas

uero ei respondit in hunc modum, et rescripsit, Domi- Eclm E.  
no EKKeberto Mersburgense episcopo, Siferidus Dei  
gratia Rigauensis abbas, salt' pour salt', et un auant.

Abbas Ep.  
rider.  
Salus prois sa.  
lus, et by d' hunc  
tagel.

Sunt autem haec uerba Gallica, et sic sonant in  
Latino, Salutem pro salute, et una plus, post saluta-

tionem uero adiecit, Ex sicca et cruda salutatione  
uestra agnoscimus, quid de his quae intus latent

perpendere debeamus. Scriatis autem non pro manda-  
to uestro nos a diuinorum celebratione cessaturos,

cum ab omni episcopali iurisdictione simus exempti,  
sed magis pro reuerentia et dilectione domini archie-

piscopi, cui nos semper fideles exhibere uolumus et  
deuotos. Licet autem episcopus his litteris ualde moue-

retur, tamen nec factum unquam publicauit, nec  
tale aliquid deinceps attentauit. Abbas sane nulli

uoluptati seu leuitati deditus erat, quippe quem nec  
istis uacuae aduersitatum et negotiorum stimuli per-

Abbas Vhi.  
libri hunc  
in long.

mittebant. Nam rebus utilibus semper intentus, licet  
interdum ab actione quiescens, dum agenda studiosè

desponderet, etiam in ocio negotio non carebat. Habitus  
ei tam in forma quam in genere cum subditis com-

munis erat, qui in nullo ab exemplari ueterum discrepa-

bat, ut videlicet seculi conformitatem prorsus abhorrens et religionem exprimeret, et necessitati corporis non desset, ut nec tegumento quidem capitis unquam alterius modi quam ex ouium pellibus usus fuisse inueniatur. Audiant quaso hoc exemplum nostri temporis prelati, qui tot nouitatibus, ut eas et tædio sum et ridiculosum sit enumerare. Primi tamen habitus sui simplicitatem, non solum ipsi corrumpere, sed etiam subditis similia permittere non uentur. Qui etsi pro Dei timore id non agant, tamen ut saltem prelatorum ad subditos manifesta esset distantia, in reor cure eosdem subditos a talibus non compareant. Sed utinam nos solius habitus deformatio accusaret. Decubuit autem abbas ultima sua ætate, die beati Iacobi patroni sui, mortuusque est 1111. Non. Augusti, cum sedisset annis xxviii.

Sandwich lane  
à p. 100.

Spufid  
p.

Tidm's p.

Tidm's p. Tidm'icus seren' montis prepositus ad dedicationem ecclesie sue concurrentibus xx. dierum indulgentia impetrata, hoc quaquam uersum, tam per se quam per alios stultus divulgare, in quo eius intentio, quam de eadem indulgentia obtinenda habuerat, considerare uolentibus predebatur. Rebus namque quarum administratione erat prepositus, ad infimum statum ex eius maxime negligentia deductis, Undecunque sibi prouidentum iudicans, etiam de opere pietatis questum facere aggressus est, ut videlicet occasione predicta, crescente concurrentium multitudine etiam offerentium numerus augetur. Et in concurrentium quidem numerositate consilij sui effectu

Epiphonema.

Figulus figulum.

secundatus non est, utrum autem et offerentium, ipse  
uiderit, constat enim CC. et XL. cœna talenta hoc  
anno, de consueto sacrificij pondere defuisse.

Post mortem Siferdi abbatis Pignariensis, Heimericus de *Henry de*  
*Rekin* sexeni montis canonicus de consilio amico *Rekin.*  
rum suorum, mediante *ERREHARDO*, Mevsburgense *Echardus E.*  
episcopo, causa sua quam contra Tidericum præpo *Tiderig p.*  
situm habebat post tres hebdomadas et X. annos, quam  
inchoata fuerat, renunciauit, et præposito reconcilia  
tus est, sub hac forma ut ipse quidem ad ecclesiam sua  
rediens et in capitulo, ueniam petens, sine omni poena  
à præposito reciperetur. Præpositus uero se <sup>contra</sup> eum inu  
uiose excommunicationis tulisse sententiam, sed quia  
præcessit appellatio ab ipso ad sedem apostolicam legiti  
mè interposita sententiam nostram nihil firmitatis dici  
mus habuisse. Hac sequenti die assumptionis sanctæ  
Maria gesta sunt. Non paruum autem ex his erga sub  
ditos, morum præpositi datur indicium, quia uidelicet  
utrum iuste an iniuste id ageret non curans, cito in  
eos excommunicationis sententiam iaculabatur, tantum  
ut per hanc in causa qualibet eos sibi substerneret. Unde  
eueniebat ut sententia eius eadem facilitate contemneretur,  
qua proferebatur. Quidam præpositorum Goslarensis *Goslarensis p.*  
supra reditus, qui in privilegio Tiderici marchionis  
expressi sunt, ad seruitium Dei, in quo capitulum cele  
bratur, uidelicet exaltationis sanctæ crucis, à Tiderico  
præposito pecuniam exigebant, contra quos ille iudicibus  
à sede apostolica impetratis, eos citari fecit sibi super  
exactione indebita responsuros. Poppo uero Hallensis *Poppo p.*  
ecclesie

ecclesia prepositus, ab eo petijt, ut usque ad diem capituli memorati a causae executione quiesceret, promittens se elaboraturum, ut negotium ibi fine amicabile clauderetur. Partibus itaque ad capitulum Goslariam convenientibus obtinuit, ut arbitrio se submitterent, electi sunt arbitri ex parte quidem prepositi *Wilhelmus Cillenensis*, et *Wilhelmus de Lipzke* prepositi, et *Gerhardus serenii montis* canonicus, ex parte vero altera, *Ioannes de Riechenberg*, *Rodolfus sancti Ioannis Haluerstadiensis* et de *Brunestessu* sin, prepositi, qui concordantes tale produlerunt arbitrium, ut prepositus qui eo animo copiosum eis procura uerat seruitium, sequenti quoque anno quasi pro poena defectus priorum annorum, simile exhiberet. Deinceps vero tam ipse, quam successores eius duas tantum marcas ad capitulum aduenientibus, presentantes, nullam super hac exactionem a quolibet paterentur. In eodem capitulo hunc statutum fuit, ut ieiunium sextae feria, nullius festi occasione solueretur, excepto festo natalis domini, si in ea feria eueniret.

*Wilhelmus pr.*  
*Wilhelmus pr.*  
*Gerhardus Ca.*  
*Riechenberg*  
*Rodolfus pr.*  
*Haluerst.*  
*Brunestess.*  
*sin.*

*Henricus de Reekin* serenii montis canonicus, *Roma* profectus est pro huiusmodi causa. *Siferdus* abbas *Pigauensis* paterus ipsius, olim eum nouella sancti *Ofbonis* ecclesie, prepositum constituere uolens, nunquam eius consensum ad hoc potuit inclinare. Infirmitate uero sua ultima detentus, cum finem suum suspectum habere coepisset, eum euocauit, et quibusdam amicis suis presentibus, deuotioni eius qua ei semper studiose, et nonnunquam periculose etiam collaborasset, gratias agens, petebat ut bono etiam fine terminaret, quippe cum ipse eum relicturus in proximo uideretur, nec perthonem

*Henricus*  
*Riechenberg*  
*Siferdus*

eius ultimam pro causa preamemorata duceret contem-  
nentiam, cum, magno eum huius rei tenere desiderio  
rectum haberet, ille vero quia amicorum morientium  
petitiones ad obtinendum efficaces solent existere, consen-  
suum se promisit, tantum ne ex turpitudine genera-  
ret. Abbas vero preceps agens quod hoc obtinisset, statim  
eum ecclesie sancti Othonis prepositum instituit, et in spiri-  
tualibus et in temporalibus, monacho curiam, Henrico <sup>Henricus</sup>  
nomine, qui procuratorem eiusdem ecclesie dudum <sup>fit abbas</sup>  
commisam habebat, precipiens, ut eum alijs quos simul  
mittebat in possessionem prepositurae suae duceret, omneque  
ecclesie familiam ei utpote domino suo obaudire  
preciperet, cunctis ei tam ecclesie quam aliorum locorum  
clauibus assignatis. Hac rebo ante mortem abbatis de-  
peracta sunt. Abbate vero mortuo, pre-fatus Henricus  
monachus in abbatem electus est, uix priori quidem  
proorsus dissimilis, sed qui monachis absque iugo uice  
re uolentibus idoneus uidebatur, unde et in electione  
Abbas uicarius, tanta festinatione usi sunt, ut cum abbas tempo-  
re noctis obiisset, octiduum ad eligendum nullatenus  
expectarent, ipse quoque quasi uicissitudinem eis repen-  
dens, officia ecclesie ad quorum ministerationem abbas  
eos non admiserat, statim eis distribuit, quod etiam ad  
huc uiuente abbate dicitur promisisse. Is itaque cum eisdem  
suis electoribus consilio inito, ne factum abbas, de eccle-  
sia sancti Othonis durare permitterent, per quod  
tanta bona, eorum usibus deperirent, praesertim cum ille  
in aegritudine desperata, et iam paene moriens ordi-  
nasset, ideoque esset reuocabile, quibusdam ipsorum destinatis,  
Henricum de ecclesia sancti Othonis uiolenter eiecit, unum.

Abbas uicarius  
li. gaudet  
monachi.

ex eis loci ipsius instituens prouisionem, ad hoc etiam  
 misso nuncio Tibericum praepositum, Pignariam uenire  
 rogauit, ut Henricum excommunicationis subiacere  
 sententiae, quam olim contra ipsum tulisse dicebatur, ex  
 ipsius confessione cognoscens, institutionem in tali persona  
 factam. causam esse facilius demonstraret. Praepositus  
 uenire non differens, eum se excommunicasse confessus  
 est, et ille consequenter iuxta eius confessionem, excommu-  
 nicatum publice denunciabat. Sed illa festinatio praeposito  
 confusionis aliquid procurauit. Paucis enim euolutis  
 diebus cum Henrico reconciliaretur, eum fama sua  
 quam per illam confessionem laeserat, restituere compul-  
 sus est, misit eidem electo literis, quarum forma  
 talis est. Reuerendo<sup>et</sup> in Christo dilecto domino Hein-  
 rico electo, et capitulo Pignariensi, Tibericus Dei gratia  
 praepositus montis seueni, cum deuotis orationibus et obse-  
 quio sinceram in domino caritatem. Innotuit nobis,  
 quod cum apud uos essemus, occasionem sumentes ex  
 uerbis nostris, post discessum nostrum, dominum Hein-  
 ricum confectorem nostrum, et praepositum sancti Ottonis,  
 de excommunicatione grauiter infamastis, cum tamen  
 uobis eum non denunciauerimus excommunicatum,  
 hoc tantum uobis suggerentes, quod aliquando sententiam  
 excommunicationis contra eum tuleramus, sed quia  
 constat, appellationem praecessisse legitime ab eo interpo-  
 sitam, idcirco dicimus sententiam nostram nihil firmi-  
 tatis habere potuisse, hinc est quod honestatem uestram  
 modis omnibus quibus possumus, duximus exorandam

Tibericus  
pr.

quatenus intuitu iuris, et pro domini papae reueren-  
tia, praefatum dominum Henricum benigne et frater-  
ne tractantes, ipsum tanquam virum honestum et  
catholicum habeatis, fauendo ei, quod semper apud nos  
orationibus nostris, et obsequio uolumus promereri.

Henricus itaque super uiolentia sibi illata, ad praesentiam summi pontificis appellauit, praeposito permittente et cooperante, nam quatuor marcas ad supplementum expensarum ei dedit, Romam tendens sequenti die beati Mauricii, a sereno monte, regressus est.

Rebus inter haec, ecclesiae sereni montis diutius in peris uergentibus, Tibericus praepositus de consilio familiarium suorum aliquos de fratribus, locis alijs partiri disposuit, pro conseruandis uidelicet expensis, asserens etiam illorum transmissione, idonee se a colligendis hospitibus excusari, quo tamen facto et sua et subditorum suorum fama, non paruam maculam acquisiuit. Negotio interim in eo pendente, ut de eorum qui transmittendi erant mansionibus ordinaret, fama huiusmodi circumquaque cito provincialibus cunctis innotuit, multis dolentibus eumq; destructorem publice clamantibus, eiq; maledicentibus pro eo, quod talem ecclesiam, quam priores ipsius in maxima honestate, et rerum copia gubernassent, ipse ad tantam deduxisset inopiam, ut ad Dei seruitium in ea congregati, sustentatione de amplis eius redditibus, non haberent, quia uero foeminas quoque conuersas emigrare proposuerat, plerique haec audientium, consueto laicis more loquentes, dicebant,



Abbo Com.  
de Brune  
Advoc.

moniales illas a monachis stupratas esse, quibus quia  
 pariendo tempus instaret, eas pro crimine occultando,  
 occasione penuria ad loca alia destinari. Ottonis autem  
 comitis de Brene, qui tunc advocatus loci erat mini-  
 sterialium quidam, cum ipso comite adhuc puero, ad  
 locum accedentes fratribus convocatis, praeposito tunc  
 absente, propositum eius valde esse reprehensibile demon-  
 strabant, ipsosque rogabant et hortabantur, ne ei ad rece-  
 dendum aliquatenus consentirent, quibusdam ipsorum  
 qui in congregatione foeminarum consanguineas habe-  
 bant, dicentibus, se nullo modo, ut ad se pertinentes quoque  
 transmitteret permissuros, quin potius se eas in sua receptu-  
 ros, etiam necessaria de rebus ecclesiae prouisuros. Praepositus  
 dehinc rediens, fratresque ad consilium illorum inclinatos,  
 et quae ab illis dicta fuissent, intelligens, latentem quidem  
 pauidus, sed audaciam uerbis praetendens, dicebat, nun-  
 quam se illorum timore a proposito recessurum, nec  
 tamen deu simulatae inhaerens constantiae, sed statim  
 sermone in aliud conuerso, illos quoque sibi consuluisse  
 assererat, ut expensas minus sumptuosas, tam in cibo,  
 quam in potu, habere assuesceret, quod etiam se facturum  
 pollicitus in promisso uerax inuentus est. Denique cum  
 iam dudum fratrum seruitia, quae sic uocare consue-  
 rimus, anniuersarijs fidelium, et diebus sanctorum festi-  
 uioribus deputata, libere subtraxisset, nunc etiam cotidia-  
 na eorum procuratione coepit detrahere, carnesque quas in  
 esum diebus alternis solebant percipere, eis diebus tantum

Fama malum: quia  
loquitur aduocatus.

Culina monachorum  
laborat.

Potus mos  
nachorum  
Saland.

dominicus semel et tenuiter ministravit. Potus uero  
modis uarijs alterabatur, interdum uidelicet de coctione  
baccarum lauri, qui modus festiuus erat, nonnunquam  
radicum ueticae, crebrae enulae campanae, praecipue cuius  
dam herbae ignotae, quam praepositus myrtum appellabat,  
quam tamen myrtum non esse, omnes qui myrtum  
nouerant, testabantur, alij herbam mortiferam esse  
dicebant, alij nec herbam, sed succulos radicum arboris,  
quae uulgariter Nichtin dicitur, quia in locis colligeba-  
tur, ubi huiusmodi arborum siluas fuisse constabat. Saland.  
Quidquid uero illud esset decoctione eius, featribus uti  
necessarium fuit, uel sitis miseriam sustinere, eius  
uero sapor ita erat extraneus, ut plures ex featribus  
antequam usum eius habere potuissent, decoctione aquae  
simplicis uterentur, neque enim, ut quondam, uini  
habebant remedium, quod praepositus, eis prorsus re-  
quisitis, ita pro suo distrahens arbitrio, ut si quo anno,  
non ultra L. uel LX. carvatas, uinea attulisset, uini  
eos nec meminisse quidem, ut sic dixerim, oporteret.

Dissensiones  
et rixae ob  
uinum.

Offici  
Saland.

Hinc itaque crebrae inter eos dissensiones oriebantur, quo-  
niam huiusmodi defectuum experientia, non omnibus us-  
quequaque communis erat, sed eis tantum quos aduersari-  
os praepositus deputabat, si qui uidelicet super his in  
querela uocem exumpere praesumpsisset, cum hi quoque  
qui praeposito familiarius adhaerebant, causas discordiae  
cumularent. Quidam enim ipsorum quorum erat capita-  
neus featri praepositi filius, cuius supra in causa came

ra mentio facta est pro suo uerentes arbitrio, caeteris  
 fratribus tam iunioribus, quam senioribus graues sole-  
 bant existere, ita ut in eos non solum uerbis, sed etiam  
 manibus exceterent, quibusdam etiam interfecionem,  
 quod dictu horribile est, minitantes, nec ipsum quidem  
 priorem, cum occulte quidquam de eorum tractasset exces-  
 sibus, expertem talium relinquentes. Haec quidam de  
 iunioribus intolerabilia, ut erant, iudicantes, maxime cum  
 praepositus illos a talibus non compesceret, huiusmodi con-  
 sensum inter se fecerunt, ut contra illorum uolentiam  
 ope se uicaria fuerentur. Unde factum est, ut quoniam  
 illi ab istis duplici numero uincebantur, a priori animo-  
 sitate penitus repressi, nihil de caetero talium attenta-  
 rent, sed tamen ipsa sua reessione acius incitati,  
 contra eos, qui se represserant, quia suis non poterant,  
 praepositi uerbis utebantur, quicquid enim a quoquam  
 illorum propter cotidianum defectum, murmuranthum  
 dictum fuisset, quod derogationem praepositi uel tenui-  
 ter redoleret, statim eius noticia deferrebantur, de quo  
 ille uindictam sumere, quantum poterat, non neglige-  
 bat, singulorum etiam excessus, quos ante plures annos  
 cognitos dissimulauerat, ut iustam uideretur ultionis  
 habere materiam replicando, nonnunquam uero etiam  
 falsis eos criminibus infamando, maxime uero id  
 agebat, ut unanimitatem eorum, per quam suos despe-  
 ctus haberi uidebat, feruore dissolueret, eosque cum illis  
 ad concordiam reuocaret, sed propositum non obtinuit,  
 quoniam isti quanto magis impetebantur, tanto sibi

Concor-  
 dia mo-  
 narchi-  
 rum.

strictus adhaerebant, ne diuisi malis quibuslibet, uel ab  
eo, uel à suis illatis, facilius subderentur. Concorda  
re autem, causis discordiae non cessantibus, difficile eis  
uidebatur, cum uidelicet necessaria et consueta, tam in  
uictu quam uestitu sibi subtrahi, hisq; alios deliciose  
uti, illorum quoque mala, non modica, à praeposito nō  
solum dissimulari, sed etiam defendi, sua uero interdū  
minima exaggerari, seq; pro his grauari conspicerent.  
praeterea cum ipsi pro temporalibus à querelis tempe  
rare non possent, illiq; eadem querelas delationis, habentes  
materiam, incessanter contra ipsos, praepositum incita  
rent, ad haec etiam impatientia stimulati, eum quoque,  
quem ut patrem honorare debuerant, contemnebant,  
graues nonnunquam ipsi uerborum contumelias irro  
gantes, eiusq; interdum iustae correptioni contumaciter  
repugnantes. Licet autem ipse ad grauandum eos occa  
sione qualibet ex seipso promptus semper existeret,  
certum tamen est, eum familiarum suorum delationibus  
ad malum saepius incitatum. In his praecipuus esse  
credebatur cellerarius, Otto nomine, cui magno fauore  
praepositus erat obnoxius, uix elata mentis et dubiae  
ueritatis, sed qui haec ipsa animi uicia, uerbis mollibus  
occultare nouerat, et cui ad haec agentum, nox ipsa  
naturaliter infirma, satis utiliter seruebat. Hic cum  
primum ad tale promotus esset officium, sicut à nonnul  
lis consideratum est, fauorem featum studiosè sibi met  
coepit conducere, rerum mutationem iam tunc cogitans

Otto all  
rig.

eorum procuratori tam cotidiana quam festiva, dili-  
 genter intentus, adeo, ut aliquando die festiviori ferculo,  
 cum qua eis ministrabat usque ad denarium, nume-  
 rus extendere, ad quod perficiendum, parochia quoque  
 cui praerant, officio iuvabatur, fratrum vero iunio-  
 rum animos, his rebus ita sibi tenuerant, ut quod  
 ei valde erat delectabile, crebro circa ipsum collecti,  
 providentiam ipsius collaudarent, eiusque provisioni gratias  
 agerent, quorum plerique tempus venire, quo ipse praepo-  
 situs fieret exoptabant. Verum post modicum, hac eius  
 facta benevolentia, cum rebus quibus praerant deficiente,  
 illorum quoque erga eum devotio lassabatur, et dilectio  
 paulatim transibat in odium, et contemptum, quoniam  
 et in alijs rebus eum alium, quam se ostenderet, expa-  
 ebantur. His enim quos dudum alijs graviter extitisse  
 praedictum est, patronum se praebat, praeposito pro eis contra  
 alios suggestiones faciendo, eosque occulte, ut dicitur ani-  
 mando, et consilia ministrando. In his itaque licet magno-  
 pere latere desiderans, experimento cognitus, tempore praepo-  
 cedente, cum necessaria fratribus praescripto modo subtra-  
 hi coepisset, eis in querelam publicam contra praepositum  
 excitatis, ipse quoque paulatim palam se adversarium  
 eis exhibuit. Non solum quia insolubili quadam obliga-  
 tione ipse praepositus ei cohaerebat, sed etiam quia ab eis,  
 quorum favorem maxime expetuerat, se contemni  
 graviter ferebat, eos vero qui partis erant praepositi,  
 colligens, eisque rerum omnium, quas alijs subtraherebat  
 copiam exhibens contra alios praepositum varijs delatio-  
 nibus incitabat, non autem ipse, cum alijs gravamina  
 procuraret, huius studij mercede, Deo iudice, fraudatus  
 est, imo confusionem ex eo, viro prudenti, et qui hone-

*in fronte  
 Colmaris.*

*Monachis a  
 Colmaro disti-  
 dus non est  
 bonny.*

Monachus  
l. 10.

statem diligeret importabilem reportavit. Nam cum ex  
excitio aleæ, omniumq; generis ludorum deditus fuisset, tempo  
re quo de bona provisione laudabilis videbatur, alios quos  
de feateribus in his rebus socios sibi studuit adhibere, ipse  
vero cum quibuslibet tam domesticis, quam extraneis, qui  
similibus studebant, diebus crebro noctes continuans, tamno  
se nimis talibus insistebat. Denique alij XV. quidam XX.  
nonnulli XXX. marcas ludo eum perdidisse, in fea uni  
us anni spacium affirmabant. Qui rumor per cuncto  
rum ora provincialium cum volueretur, præpositum  
quoque non latuit, secularibus quibusdam viris, eum re  
darguentibus, cur talia non compescendo, ecclesiam suã  
de honestate non minus quam de amnificari permitteret,  
cum quidem ipse hæc surdis auribus pertransiret, feateres  
eum tam perice, quam alij seniores, de his et similibus  
ad eius familiares pertinentibus, cum eo quidquam tra  
ctare superfluum indicabant, scientibus eum tam accusan  
tibus, quam accusatis, potius indignari. Cum itaque ali  
quando unum de feateribus, cuius præ cæteris in præfato  
negocio, familiaritate celerarius usus fuerat, et quem  
tunc intensius persequi videbatur, ipso eum de quãta  
præpositi derogatione accusante, gravare disponeret,  
et ille quoniam testibus idoneis convinci non poterat,  
accusationem ipsam per obedientiam requisitus, negando  
dissolvisset, de excessu alio, in quo eum olim se depre  
hendisse assererat, videlicet de ludo aleæ, eum coepit impe  
tere, satisfactionis ab eo debitum repetendo. Mansio sane,

Curia præpositi quæ curia præpositi appellabatur, ipso quoque figure  
sibi gymnasi:  
nem ludic:  
Vincula  
trianta.  
quæ curia præpositi appellabatur, ipso quoque figure  
deente, eo tempore quasi gymnasium fuit, alea, scacis,  
tesseis, globisq; ludentium, Otione signifero, et quod  
his studiis competebat, quodam eius serviente, unni vel  
medonis uenialitatem ibidem instituente, quasi taberna  
publica videbatur. Ibi sic quãdam feater ille, non

tamen ludens deprehensus, suspicionem ipsam à se pro-  
 tinus abstergere curavit. præposito, cuius tunc favore  
 poteratur ne sibi indignari debuisset, neque sinistram  
 de se suspicionem habere vellet, humiliter supplicante,  
 ipso eum, ut securus esset, hilariter adhortante. Igitur  
 à præposito malum sibi paratum intelligens, et eius au-  
 ctorem non nesciens, culpatus, omnem illam insignem  
 narrationem, de tessera coepit evoluerè, dicens, eum  
 potius arguendum et puniendum, qui tale damnum  
 rebus communibus intulisset. Præposito autem ut faceret  
 præcipiente, cum non acquiesceret, excommunicationis  
 contra eum statim sententiam promulgavit. Fratribus  
 autem, qui ut iam dictum est, contra familiarium præpo-  
 siti violentiam se vicissim tuebantur, quorum hic unus  
 erat, sententiæ reclamantibus, tumultu facto, præpositus  
 à consessu se abripiens relicto capitulo egressus est.

quem cum Otto sequeretur, illi inordinatis in eum  
 vocibus uti coeperunt, alij furem, alij sacrilepum, alij  
 ludam traditorem, alij aleatorem publice proclamantes.  
 Sequenti die præpositus auctores tumultus illius, man-  
 suete satis redarguit, monens ut à talibus temperantes  
 essent, contra opinionem quidem omnium, et suam con-  
 suetudinem, cum et prelatam excommunicationis senten-  
 tiam perire facillime relaxasset, non communi paci, sed  
 cellerario tantum, hac lenitate consulens, ne forte districta  
 facti illius executione, motu aliquo concitato, ille infamis  
 amplius redderetur. Et ut abundantem securitatem  
 procuraret eidem, in iurte præcepit obedientiæ, ne quis  
 de cetero criminationes illas, quas ille iniuste passus fuis-  
 set, præsumeret iterare. Hoc autem eius studium pro-  
 tuendis familiarium suorum excessibus, ex alio quoque  
 eius facto cognosci potest. Unus fratrum quos adversarios  
 deputabat, in congregatione foeminarum, sororem habens

Tumulus mo-  
 nachorum.

Otto.

carnalem, cuiusdam familiarium eius indecentius adhaerentem, naturali zelo ductus, praeposito de hac re non semel conquestus, et petens ut eandem soborem suam à familiaritate illius, in qua esset mali suspicio, coërceret. Praepositus uerò aliud quam ille, petebat, exequens, ipsum ab instantia conquirendi cum <sup>uerbis</sup> non posset, uerbis coërcere curauit, dicens ecclesiam ex illius querelis infamiam incurrisse, cum ille ut per se aliquid diceret, eloquentiae adiutorium non haberet. Nec defuit inter ista fratibus odiorum infelicitas, quibus ita contra se alterinsecus accensi erant, ut quidam partis praepositi in diuinorum celebratione, proximis sibi in choro, alterius partis fratribus, pacis osculum publicè denegarent. Tales eo tempore fructus, peccatis suis exigentibus, ecclesia sereni montis de praelati sui, filij peccati, moribus colligebat.

Henricus de Reekin sereni montis canonicus. X. Cal Martij de itinere Romano reuersus, literas ecclesiae suae à sede apostolica impetratas attulit, quarum exemplum subiectum est. Honorius episcopus seruus seruorum Dei, uenerabilibus fratribus Magdeburgensi, Moguntensi, Coloniensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, et dilectis filijs, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, praepositis, et alijs ecclesiarum praelatis per Magdeburgensem, Moguntensem et Coloniensem prouinciam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus, ecclesiastica censura desolutur, et canonica sententia seueritas enervatur, ut uiri religiosi, et hi maxime, qui per sedis apostolicae praeuilegia, maiores donati sunt libertate, passim à malefactoribus suis iniurias sustineant, et rapinas, dum uix inuenitur, qui congrua illis protectione subueniat, et pro fouenda pauperum innocentia, se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filij praepositus et canonici monasterij montis sereni, ordinis sancti Augustini, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, tam de

Henricus  
Rekin.

Honorius





M. CC. XXVIII.

Sophia Quidelimbουργensis abbatisa, filia Federici co- Sophia Ab-  
 mits de Brene, filij Conradi marchionis senioris, magno- Frid- Co-  
 rum et non paucorum excessuum rea deponitur. Viros em- Branc.  
 quosdam malignos et latrocinantis in castro Quidelingen-  
 burg pro sua ut dicebat tuitione colligens. Turvesq; mona-  
 sterij instar castelli munitas, pro domicilio eis permit-  
 tens, impudenter his res ecclesie impendebat, et feuda confere-  
 bat, cum illi pacem provincialium cotidiana incursibus  
 perturbarent. Circa praeterea Quidelimbουργensium ditio-  
 nes quo suspicione, quod civitatem Horeo comiti de Val Horing de  
 Rinstern cum quo ipsa de advocatia eiusdem civitatis h- fulkram  
 gabat, tradere uellent, captivos et incarceratos tam diu  
 afflixit, donec filios suos conservanda ei fidelitatis obsides,  
 dare coacti sunt, quorum plures, cum ipsa eis, pro eo quod  
 erat inclementis animi, necessaria subtraheret, mortis pericu-  
 lum incurrexerunt. Ad haec etiam de dilapidatione, nec minus  
 de lapsu carnis et neglectu religionis, multipliciter infamata  
 omnibus circumquaque de se loquendi materiam ministra-  
 bat. Federico autem imperatore pro expugnandis paganis Frid. Imp-  
 longo tempore in Sicilia occupato, rex iuuenis, filius ipsius  
 cum deputatis sibi principibus Cisalpinum imperium guber-  
 nabat, cui Northusim curiam celebranti, Henricus comes Henr. Co-  
 Ascarie, filius Bernhardi ducis, et Horeus comes de Val Rm-  
 stern, et alij plures nobiles et ministeriales, de praemissis abba Branc-  
 tisse excessibus, illa absente, conquesti sunt, praecipue obi-  
 tum mortuorum patres, qui cum clamore vulgari, quo  
 ad arma conuocato fit, iustum contra eam iudicium  
 postulabant, quam rex ut de obiectis satisfaceret, ad proxi-  
 mam curiam Egere per sententiam euocavit. Quo cum  
 illa muliebri superbia uenire contempsisset, omni eam  
 suae dignitatis iure seculari, sententiantibus qui aderant  
 principibus, spoliavit. Deinde inquisitione contra eam a  
 sede apostolica impetrata, inquisitorum sententia ita deposi-

Sophia Quidin-  
burgensis latus  
res alit.

Comites  
Northusim.

Comitia  
Egre.

Sophia deponit.

Sophia Ab-  
Frid- Co-  
Branc.

fulkram

Frid. Imp-

Henr. Co-  
Ascarie  
Branc-

Beatus  
Conradus E.  
Crosus  
Wiermang.

ta est, ut ad eandem dignitatem in aliqua ecclesia de-  
 catere eligi non ualere. In locum uero eius electa est  
 Beatrix de eadem ecclesia, sorore Conradi, quondam Hal-  
 uerstaensis episcopi, et Guntelini et Federici de Croate.

Accidit ut in ciuitate Hallensi parochianus sancte  
 Gertrudis, Kuremanus nomine, noui operis canonicus  
 die quadam ad morientem aliquem uocaretur, qui ueni-  
 ens, inuenit hominem ex his, quibus est coquendi salis  
 officium, qui se in sartagine sui operis, bullientem  
 iniecerat, semicoctum et toto pene corpore inutilem  
 effectum, nisi quot lingua adhuc uiuaciter utebatur,  
 a quo, dum casus illius miserandi causam, modumque  
 requireret, ille presbyterum auditu recognoscens, quia  
 uisu non poterat, oculis scilicet decoctionis uaporibus  
 obscuratis, et cute turgente compressis, rogabat ut  
 summotis alijs, soli ei loquendi, sibi copia prestaretur,  
 quot consecutus, coepit dicere se magna peccatorum  
 suorum poenitudine, ad opus illud adductum, nec fame  
 at hoc sine consilio accessisse, Presbytero autem dicente,  
 non bono eum usum esse consilio, cum illicitum sit, ut  
 pro quacunque causa nobismetipsis mortis periculum  
 inferamus, et quis tale ei ministrasset consilium, scru-  
 tante, respondit, Ante dies aliquot cum me peccatorum  
 meorum recordatio tristam admodum reddidisset, repente  
 ubi eram, intrantes ad me uidi uirgos albis indutos uesti-  
 bus, qui me alloquentes, et sermonem mecum miscentes  
 inter alia causas a me tristitie requirebant, quas cum  
 eis simpliciter aperuissem, me uidelicet ex scelerum  
 meorum memoria tristari, pro quibus semper augmen-  
 tum capientibus, aeterno me non ambigere supplicio  
 deputandum. Illi recte et utiliter me tristari asserentes,  
 consilium tale se mihi daturus dicebant, quo ad plenam

Semicoctus  
Confessionem  
suam edidit.

Consilium misero  
peccatori datum  
a Diabolo.

Diaboli uasus in  
angelum lucis.

peccatorum indulgentiam peruenirem, scilicet ut meipsum  
Deo sacrificarem, et salina in sartagine bulliente, corpus  
meum, cuius ministerio Deum offendissem, illis feruoribus  
inijcerem cruciandum, affirmantes hoc Deo modis omnibus  
placiturum. Ego uero consilium amplectens, cum illi  
à me recessissent, coepi obseruare tempus aptum quo id perficerem, ne me cuiusquam praesentia impediret. Hodie uero  
cum solum me esse contigisset, illi iterato mihi apparentes,  
suadebant ut ad propositum accederem, addentes quod peri-  
culosa esset dilatio, cum mors incerta tam utilis posset con-  
silium adnullare. Ego nihil moratus quod monebatur im-  
pleui, et nescio utrum ex hoc mihi iuxta illorum promissum  
indulgentia sit speranda. Imò uero perpetuam per hoc  
damnationem ait presbyter timere debes, nisi poenitentia  
adiutorio redimaris, demumq; eum instruens, ut consili-  
um illud diaboli, et qui sibi apparuerant demones fuisse  
intelligeret, ad peccatorum confessionem eum instantius hortaba-  
ture, immensitatem diuinae misericordiae, et quam sit para-  
tus Deus suscipere poenitentes ei saepius inculcando. Ille  
deceptum se animaduertens, et ad tantam miseriam non  
solum infensuose, sed periculose se uenisse considerans, à  
fundo cordis ingemuit, et scelus in se ipsum commissi, se  
poenitere modis omnibus fatebatur. Deinde peccatorum  
suorum uulnera, fidei proxiis et deuota confessione ape-  
rens, ea poenitentia lacrimis infundebat. Post confessio-  
nem iam bonae spei factus, presbytero ut transitum suum,  
qui iam abesse uideretur Eucharistiae perceptione muni-  
ret, admonente, respondit hoc quidem ualde esse desidea-  
bile, sed fieri non posse, quoniam inflato gutture, glutien-  
di copiam non haberet. Rogabat autem ut presbyter corpus  
domini, summis contingens digitis, eorum ablutionis aqua  
sibi sumendam porrigeret, pro testimonio fidei suae, quam  
de illo sacramento firmiter retineret. In hac actione  
illis occu-

Admonitio  
Wicmarj  
Vna.

illis occupatis subito presbyterum an aliquid audiret  
interrogavit, quo respondente nihil se nisi ipsum audire,  
eumque quod audiret vicissim interrogante respondit  
voces se multorum quasi sub terra audire lugentium et  
flentium, uiderique sibi illorum esse, quos ante modicum  
consiliarios habuisset. Nec multo post Deum ut sui mi-  
sereretur crebris invocans, animam reddidit, ecclesiasti-  
câq; conditus est sepultura. De hoc cum fatendum sit, cu-  
peccatis alijs, hoc quoque quod seipsum illicite puniuit,  
et per poenitentiam, uel remissum uel remissibile fa-  
ctum, hoc quoque non temere fortassis credi potest,  
quod eadem poena per ipsam poenitentiam, ut sic dicam  
purgata, ipsi purgatoria sit effecta, sicut latroni illi beato  
post confessionem poena scelerum, non inepte creditur  
contulisse martyrium.

*Gregoria Vni  
submisit appendix.*

*Hildesw.*  
*Albans Ar.* Hildesw. civitas ab hominibus Alberti archiepiscopi  
re edificatur, ipso in partibus Longobardiæ seruitio  
imperatoris occupato.

*Tidrig* Discordia de qua superiori locutione satis dictum est, inter  
fratres ecclesie serenitatis necdum sopita, Tidricus  
prepositus, die parasceve in communi capitulo, in uer-  
tute præcepit obedientiæ, ut si quis rancorem contra alte-  
rum retineret, ab altaris abstineret communione. Post  
capitulum uero à quibusdam fratribus senioribus contra  
suum propositum inductus, tam eos qui sui fauoris erant,  
quam illos quos aduersarios deputabat, priuatum renuo-  
cans ad concordiam hortabatur, continuato sermone sub-  
iungens, frustra eos carnum et aliarum rerum exactio-  
nem facere, quoniam ipse tantis expensis sufficere non  
ualeret. Illi uero quos per exactionis uerbum notauit,  
respondere se discordandi causam non habere, nisi  
necessarium defectum, et ea sublata, quiete se acturos,  
manente autem, nullo modo posse querimonias cohibere.  
Quo responso motus præpositus, ab interdicto quidem com-  
municationis statim suos absoluit, tanquam paci et con-

cordia in nullo reluctantes, illis uero interortum ec-  
clesiae districta interdixit, quasi per ipsos pax et concor-  
dia turbaretur. Cum autem in hoc animi motu ad  
diuinorum celebrationem accederet, quidam de fra-  
tribus eum rogantes, ut pro reuerentia festiuitatis in-  
stantis indignationem compesceret, uix à sententia re-  
duxerunt, et communionem quidem tunc illis indulgit.  
Verum peracta festiuitate, cum quibusdam ipsorum se  
minatus est, aliter tractaturum. hoc enim artificio in  
omni pene casu quo ei grauandi subditos occasio pro-  
uenisset, uti consueuerat, ut in decisione causa, par-  
tem aliquam non relaxatam conseruaret, de qua opportu-  
ne se tractaturum dicere solebat, ut sic eos suspensos  
tenevet, et tepidis suspicionibus, quasi impendente adhuc  
grauamine, fatigaret. Verum paucis post festiuitatem ela-  
psis diebus, nouam quandam illis turbationem, huiusmodi  
occasione procurauit. Quidam fratrum laicorum quos  
barbatos uocari usus obtinuit, coquinae officium commen-  
datum habens fratribus tam uerbis quam factis intueosus  
esse consueuerat, praesertim his, quos à praeposito noue-  
rat non amari. Inter caetera siquidem, illorum tempo-  
rum mala consuetudo toleranda irrepserat, ut, quonia  
carnes fratribus diebus statutis in communi non mini-  
strabantur, isti nummos inuicem conferentes, et ad fora  
uicina transmittentes, carnes emerent, irrequisito prio-  
re, extra refectorium uterentur, unde fiebat ut in huius-  
modi diebus uix duo uel tres praeter priorem, fratres,  
hora refectiois in refectorio inuenirentur. In hoc quoque  
negocio frater ille, coquinae praepositus, mala uoluntatis  
his aliquis ostendere — non negligebat, modo uideli-  
cet ad haec necessaria denegando, modo cocos à praepa-  
ratione rerum ad eos pertinentium prohibendo, eos  
uero qui partis erant praepositi, tam in congregatione  
uiciorum, quam foeminarum, modis omnibus honorabat,  
eisq; supra communem procuracionem, de rebus officij sui

Barbatus

Emurdones

quidquid desiderasset impendebat. Exat hic de familia  
 ecclesie ex eo genere hominum <sup>qui</sup> Emurdones appellantur,  
 tanta superbia, ut mirum esset rusticam mentem, angustis  
 rebus et paupertati consuetam, tantum inflari potuisse,  
 cum fratres quoque ipsius carnales et cognati, cotidiano  
 congregationis seruitio, in coquenda cereuisia dediti et  
 ex eodem seruitio sordidi, saepe uultus et habitus effecti,  
 generis sui abiectiorem, eius frequenter oculis prae-  
 sentarent. Verum idem cum Osborne cellerario, ex magno  
 dilectionis calore, undecunque conflato, in unam ut sic  
 dicam animam confluerat, praepositum uero obsequio  
 quod suis et maxime sorori eius, quae in congregatione  
 foeminarum in seculari habitu uiebat, studiose admo-  
 dum impendebat, ita sibi deuinxerat, ut querimonias  
 fratrum, etiam prioris, quas crebro de ipso proferebant  
 prorsus negligeret, cum tamen ipse quoque elationi  
 eius nonnunquam testimonium perhiberet. Accidit  
 autem die quadam, ut unus fratrum ex iunioribus,  
 lignum unum ex his quae per sexagenas numerari  
 solent, ut operis quidpiam ex eo faceret, petiturus, illo  
 absente, coquinam intraret, et seruis qui atabant licen-  
 tantibus, lignum tolleret et abiret. Cui ille superue-  
 niens, quoniam hic ex eorum numero erat, quibus  
 omnis boni participium, negabatur, ut lignum redderet  
 cum fastu uerborum edixit, quo nolente, eum insecu-  
 tus detinuit, et reluctante, etiam per capillos, ut ille fate-  
 batur, retinere conatus est, qui tamen uiolenter se abi-  
 piens retento ligno recessit. Sed cum praepositus, eidem  
 de illa contumelia conuenienti, nihil satisfactione dignum  
 factum esse iudicasset, tam ipse, quam quidam eius socij  
 impatientia stimulati, et ex praesenti facto praeteritas  
 recolentes iniurias, opus opinione maius apprehendi, fratremq;  
 illum non uerbis, sed uerberibus corripere statuerunt.  
 Itaque opportunitate captata, die quadam, praeposito absente,  
 eum apprehendunt, quos ille cultello fixorio, quo dudum,  
 suspectos eos habens, se muniterat, facile a se amouit, cu

Digladatio  
monachorum  
et Sincronis.

ad eum uacuis manibus accessissent. Exant autem  
quatuor numero, unus tamen eorum fustem habens  
aliquot ei plagas imposuit, cuius animositate et instantia  
territus, et armatura sua oblitus exclamavit, et in fugam  
uersus, coquina se recepit, ac per fenestram secretam, aliquem  
famulorum alloquens, festine cellerarium uocari fecit.  
cui ueniens quid sibi acciderat, confusus exposuit, addens  
quod pro illius hortatu, quo eum confidere, et nihil tale  
timere crebro persuaserit, honoris sui, et paene uitae pericu-  
lum incurrisset. Nec domo palam prodire ausus, se  
in secretiori parte, usque ad uesperam continuit, sicq; per  
cellerarium eductus ad alodium Zubatsdorf discessit, ut *Zubatsdorf.*  
illuc praepositi reditum expectaret. Praepositus rediens, ubi  
factum comperit, more suo iratus, animi motum agitatione  
corporis et uerbis minacibus fatebatur, deinde cum ueras  
in capitulo plagas uirgarum, singulos à duobus emendari  
fecisset, adiecit praecipiens, ut fratrum omnium ultimi essent,  
donec ipse ad loca propria eos reuocaret. Erat eo die uigi-  
lia ascensionis domini, quando uidelicet ad processiones  
solennitatem, adiacentium uillarum numerosior solet  
populus aduenire. Illi reputantes quod praepositus illa  
ultimatione eos ostentus haberet, uelletq; ut in praesentia  
populi confusionem publicam sustinerent. Responderunt  
se illi praeepto obedire non posse, quos ille statim à com-  
munione fratrum suspendit, praecipiens eos ab omnibus  
euitari. Superiores sane praepositos ad interdicensum  
et excommunicandum non ita faciles fuisse constat, sed  
si quanto, ut asolet, correctioni aliquem reluctari conti-  
nisset, citatione interposita, alijs fratribus id operis inun-  
gebat, ut admonitione fraterna, eum ad obedientiam re-  
uocarent, sic demonstrantes, se peccantium emendatio-  
nem quaerere, non pernam. Unde fiebat saepissime ut  
tales eorum oppressi mansuetudine, exuberarent non  
obedire his, quos non uindictae, sed suae salutis cupidos



agnovissent. Hunc autem diverso modo agentem, diversus sequebatur effectus, dum exturbatis et precipitatis eius sententijs subiecti, ad maiorem proteritiam raperentur, quippe qui eum suo tantum gravamini studere, experimentis pluribus didicisset. Quod sicut in alijs pœne omnibus, ita in hac quoque causa cognoscitur euenisse. Denique illi quos vitari præceperat, plures è fratribus suæ communionis participes habentes, interdicti sententiam contemnebant. Verum quibusdam amicis suis eos admonentibus, ne et sibi, et alijs, qui pro ipsis solliciti essent, maius aliquod gravamen occasione illius causæ, quæ in nulla sui parte esset favorabilis, procurarent, difficulter licet, ut facerent, quod sibi iniunctum fuerat, consenserunt, sicq; eisdem apud præpositum pro eis intercedentibus, in vigilia pentecostes, causæ illius vinculis absoluti sunt. At frater illa, coquina magister à loco ad quem discesserat, pendente negotio retive perstimmuit. Nec etiam postmodum reuersus, satis securus fuit, nimirum experientia priorum terretus, quoniam et iam possibile uideri coeperat, quod prius nec quidem cogitabile uidebatur, cum etiam illi quos nuper male expertus fuerat, eis nisi ab officio in quo eis et alijs multas reogasset, iniurias, abstineret, perora prioribus minarentur. Unde factum est, ut per plures dies nec iussione præpositi, nec hortatu cellerarij ad suum posset officium reuocari. Inter hæc silentio premeandum non est, quibus modis præpositus, defectus rerum quas administrabat, subsidia parare tentauerit, siquidem ut prædictum est et indulgentiam hac ratione obtinuit, et fratres locis alijs partiri disposuit, licet in his et fortuna aruere noluerit. Est uilla episcopi Misnensis supra fluminem Mildam, miliarij spacio distans à uilla Numik, quæ Lubanik dicitur, hanc concambio acquirere, et in ea claustrum nouum construere, et illuc congregationem transferre uoluit, affirmans quod in loco prioris manere.

Namik.  
Lubanik.

hinc pro difficultate uentura, et aquae penuria, extre-  
ma inopia periculum immineret, quasi ei necessaria,  
ad illum locum, uentorum essent ministerio deferenda.  
Nec defuere de fratribus, qui ei ad hoc consentirent,  
et quidam seniores, licet pauci, et tales, qui pro priuatis  
suis commodis, et eius fauore, aliquid libet consensissent.  
Civitatem etiam in campo qui ab occidente monti adiacet,  
aedificare propositum habuit, affirmans omnes suos con-  
sanguineos, et plures alios prudentes uiros, illud consiliū  
approbasse. Ad hoc prouentus omnes possessionum eccle-  
siae in partes tres diuidere uoluit, ut duas ex his fratres  
ad usus suos reciperent, ipse uero de tertia sibi et hospi-  
tibus prouideret, alias quoque diuisionum species in-  
terponens, erat enim haec signa animi instabilis et  
perturbati, et consilium non habentis, exemplo agroti, *Simile.*  
qui febris uexatus, nunc de latere in latus conuertitur,  
nunc supinus iacet, modo uero in uentrem regitur  
mutatione se sperans requiem inuenire. Fratribus  
autem qui nihil eum simpliciter agere arbitrabantur,  
cum certum quoque sit, res infirmas diuisione non  
roborari, sed magis infirmari, diuisioni contradicen-  
tibus, eiq; ad haec ita respondentibus, ut duabus illorum  
partibus cum tertia sua compositis, ipsis necessaria de  
omnibus ministraret, ait eam se eorum indigentiae  
culpa non teneri, cum constaret eos propriis utilitatibus  
reluctari. Sed cum die quadam in capitulo defectuum  
suorum ei commemorationem facientes, eosdem petere  
emendari, respondit, eos non iuste aliquid a se exige-  
re, quibus facultatem ut seipso copiose procurarent,  
de duabus scilicet possessionum suarum partibus obtulis-  
set, quod nunc quoque si uellent eis permitteret, uel si  
magis id eligerent, totam eis administrationem ex inte-  
gro resignaret, quod quidem non ex intentione adiecit,  
sed quorundam feruore loquendi, uerbis, ut plerumque contin-  
git, incaute procurrentibus, putans eos nullo modo haec

recepturos, illis autem si id fieret, communis utilitatis  
 spes nata est, et deliberandi de hoc usque post prandium  
 inducijs postulatis, et acceptis, facto prandio, ipso interim  
 in sua mansione quiescente, conuenerunt, et ut totam  
 administrationem susciperent, consenserunt. *Quidam*  
 tamen familiarium eius, quibus illud factum, quaedam  
 praepositi detectio uidebatur, qui se quoque priuatis per  
 hoc commodis priuandos sentiebant, licet propter com-  
 munem consensum palam reclamare exuberarent,  
 mutationem hanc aequanimiter non ferebant, quod etiam  
 non usquequaque poterant occultare. Denique unus  
 ipsorum filius fratris eius, qui iam saepe commemo-  
 ratus est, priorem et quosdam seniores, qui ad uo-  
 candum praepositum exierant, cursu praecedens eumque  
 quiescentem inueniens, ut surgeret clamare coepit,  
 dicens, eum, ut uerbis eius utar, praebendarium futurum,  
 qui praepositi nomen hactenus habuisset, ipse uero, et  
 gratia et pro se eius erat aemulatio, propter praesentes  
 eum redarguens, indignari eius irreuerentiae uide-  
 batur, ad fratres autem perueniens, hoc quod elegerat  
 sibi placitum fatebatur. Deinde causa statim ordina-  
 turus XXX. marcas, ad suos, et sibi sequentium  
 priuatis usus, singulis quatuor annorum, quos illam  
 ordinationem durare uolebat, sibi dari constituit, pra-  
 ter administrationem uictus, qui et de communi esset  
 iuxta solitum exhibendus, tribus quoque qui admini-  
 strationi praesentibus eius permissu a fratribus electis,  
 his insuper debita sua soluenda imposuit, et unum  
 ex ipsis, Otbone cessante, cellerarium ordinauit. Haec  
 in uigilia apostolorum gesta sunt, pluribus itaque  
 etiam extraneis uisum est, commune bonum ecclesiae  
 sereni montis ex hoc, principium accepisse, si tamen  
 praepositus fidem negotio conseruaret. Verum ipse quo  
 animo factum illud accepit, non multo post etiam ad  
 oculum demonstrauit. Erat quidam de fratribus  
 laicis, quem negocijs suis agendis praefecerat, qui duos

97.  
equos suis habebat usibus deputatos. Hos pro eo, quod  
negocijs iam absolutis, negotiatore opus non haberet, admi-  
nistratores illis ad communes usus petentibus, denega-  
uit, hac ratione, quod eos, sua, ut dicebat pecunia, compa-  
rasset, unde factum est ut unus illorum, die proximo  
causam ecclesie aliquam acturus, pedibus suis iter  
agere cogereetur, fratrem vero illum laicum contra  
ordinationem prioris die factam, in possessiones ecclesie  
premittens, hominibus placitum, quod vulgari uerbo  
Dinck dicitur, iussit indicere, quem ipse subsequens, Dinck  
nullo illorum trium presente, placito preesedit, causas  
iudicando, eo modo, et alijs, quibus uillici negociantur,  
aliquid pecunie cupiens exproscari. Huius autem  
intentionis eum fuisse, ex quodam eius dicto potest ap-  
parere. Altera namque ordinationis illius die, eo ad  
mensam cum familiaribus conidente, et de his quae  
acta fuerant sermocinante, unus astantium profa-  
uore eius, ut aliquid sollicitudinis pro ipso se habere  
ostenderet, dixit, quod in XXX. marcis sibi dandis  
suis expensis non sufficienter, suo iudicio prouidisse  
Cui subuidens respondit, se infra anni spacium, s.  
ueneret, super illas triginta, alias lucraturum.  
Hinc quis non uideat, et in illis triginta marcis ex-  
gendis, et in istis, ut sperabat lucrandis, eum rebus  
quibus depraedandis et suis priuatis, quibus non ege-  
bat augendis ingenio miserabili intentasse. Alium  
item equum, quo ipse aliquando uehi consueuerat,  
quemq; cum ei propter incommoditatem incessus  
displicuisset, in opus alioj, quod in pede montis positum  
est locauerat, ipso die, quo mutatio illa facta est, abstu-  
lit, satis ostendens se communis utilitatis, quae per  
alios promouenda foret, inuidia non careere. Factum  
etiam quod familiares suos hortatus fuerit, ut seruitia  
quae diebus festis in anniuersarijs fidelium exhiberi  
consueuerant, quae tamen ipse ante plures annos, esse

negauerat exiperent, spondens quod ad hoc eius ad-  
 iutorio potuerunt, quod quidem de eo uerum esse,  
 illi probare uisi sunt, eadem seruitia exigendo. Illo-  
 rum sane trium qui administrationi exant præpositi,  
 tale fuit propositum, ut primo et præcipue congregatio-  
 ni, necessaria prouiderent, ac deinde extraneis et hospi-  
 tibus, iuxta quod, eis esset possibile ministrarent. Præ-  
 positus uero dicebat hospites etiam inuitandos esse,  
 quod se quoque facturum asseruit, quorum procura-  
 tioni suo deberent exemplo, diligentiam adhibere.  
 et quidem eum ab hospitibus frequentatum constat, sed  
 maxime à suis consanguineis, quibus omne studium,  
 neglectis fratribus impendebat. Verum illi qualitatem  
 animi eius erga se, et commissum sibi negotium,  
 signis præmissis, et quibusdam alijs colligentes, non  
 aliquid expedire uiderunt, nisi ut mature ab admi-  
 nistratione recederent, quoniam eo sibi obrutente,  
 quanto diutius in ea stare confunderent, tanto maio-  
 rem confusionem, nihil utilitatis eius perficientes,  
 exinde reportarent. Itaque quatuordecim ab insti-  
 tutione sua diebus elapsis, mala uoluntatis eius, coram  
 fratribus iudicia proponentes, onus impositum simul  
 deposuerunt, cum ille nec propriam conscientiam,  
 nec ea per quæ detectus erat ueritus, ac bona fide  
 ad factum illud se accessisse iuramenti horribilibus  
 affirmaret. Licet autem ipsi administrationi renun-  
 ciantes, nihil extra placitum eius egissent, non ta-  
 men statim eos absoluerunt uoluit, contentiose affir-  
 mans se uelle, ut quod ordinatum fuerat perma-  
 neret, nimirum hac in eis suspensione punire  
 uolens hoc, quod quasi ad ipsum de mala admi-  
 nistratione infamandum, illud eos suscepisse mini-  
 strium indicabat. Denique postmodum uni eorum  
 sibi familiariter tunc adherenti confessus est, se  
 propter hoc eisdem non mediocriter indignatum,  
 Tandem rebus ad priorem statum reuocatis, Otto

cellerarius, ne uel ipse, uel praepositus, trinum illorum  
proposito, impares appaerent, simul etiam diuturna  
processus discordiae praeposito persuasit, ut carnes feater  
bus, quas pene per annum eis negauerat, ministraret.  
Praepositus uero indignanter ferens, quod id quasi coacty  
facere uideretur, quippe per exactionem talium, qui  
iuniores essent, et featum infimi, exant autem isti  
de quibus superius dictum est, quod contra uolentiam  
familiarium praepositi, ope se uicaria tuerentur, ut sal  
samentum carnis adderet, acriter eos disciplinae coe  
pit uinculis innodare. Sed cum in capitulo de ordinis  
observantia edita proponeret, illi contra quos specia  
liter his armis utebatur, ad haec seruanda se para  
tos dicebant, dummodo generaliter omnes eisdem legi  
bus subiugaret, quod ipse uirtutum omnium scrupulu  
m et discordiarum promptissimus reparator, filius  
peccati, bestia, perditionisq; praepositus, propter eos qui  
suae partis exant dictum intelligens, quos in mirum  
ea nequaquam seruaturus nouerat, respondit se po  
testatem habere, quos uellet a coactione liberos relin  
quendi, miserandus, quid eum ad tale responsum  
necessitas compulisset, quo se de potestate iactaret.  
qua posset suis dilectoribus perditionis aditum aperire.  
O meae canem O totius in omnia secleris atamantem.  
Cur repentina morte non occiditur. qui tante ab  
ominationis, ut saepius dictum est, princeps extitit.  
Instabat tamen coactioni pro eo, <sup>quod</sup> quod eos uidelicet  
discordiae pertinacius inhaerentes, a se procedente,  
propter feateam illum coquinae magistrum, qui  
eorum timore, officium suum recipere declinabat.  
Dedicationis autem ecclesiae festiuitate peracta,  
Alberto praeposito sanctae Afrae Misnensis mediante,  
omnes ad concordiam redierunt, qua reconciliatione  
etiam magister coquinae participans, ad officium suum  
timore redijt absolutus. Exinde omnis ille rigor

Afr. Misn.  
sic.

de ordinis observantia inductus, coepit lentescere et  
 ad dissolutionem pristinam inclinari. Inter hæc nova  
 quædam adversitas præposito nata est huiusmodi occa-  
 sione. Tempore quo Albertus archiepiscopus sub In-  
 nocentio papa, eiusdem pontificis legatus, contra Frederi-  
 cum Halverstadensem episcopum pro eo quod à fauo-  
 re imperatoris excommunicati, recedere nolebat, exco-  
 municationis sententiam promulgavit. Quem dum  
 pæne omnium ecclesiarum, quæ sub ipsius iurisdic-  
 tione erant prælati, iuxta mandatum præscripti legati  
 vitandum deceverunt, Siferidus abbas Hilseneburgen-  
 sis ab eius communione nequaquam credidit abs-  
 tinendum. Pro quo dum idem legatus eundem non  
 penitentem deposuisset, monachis ipsius monasterij  
 alterum pro eo eligendi, legitimas inducias non nega-  
 vit, quibus ut ipse testabatur exemptis, cum alium  
 non elegerint. Hartuicum Rigauensem monachum  
 eis abbatem instituit, benedictione confirmatum, illis  
 pro eo quod ipsum recipere nolebant, excommunicatio-  
 nis sententia inuolutis. Verum causa procuratoribus  
 ab utraque parte ad presentiam summi pontificis de-  
 stinatis, papa ex eorum narratione factum cognoscens,  
 respondit nec legati sui factum irrogare uellet, nec  
 monachis iusticiam denegare. unde dato mandato  
 monachos absolvi fecit, sub hac forma ut Hartuicum  
 abbatem reciperent, eiq; obedientiam facerent. habentes  
 postmodum contra ipsum pro iure suo licentiam  
 proponendi, rebus ecclesie intactis interim conser-  
 uatis. Quod cum illi facere contempsissent, ex ipsius  
 mandato, sententia degradationis lata est in eosdem,  
 à qua ipso uiuente constat eos nullatenus absolutos.  
 Post mortem Innocentij secundi, monachi prædicti  
 successores ipsius Honorio, aliud pro alio suggerentes,  
 contra Hartuicum monachum, Rothmannum quen-  
 dam monachum Hilseneburgensem, qui ei adhaere-  
 rat, iudices impetrarunt, facientes illos pro eadem ex-  
 communicationis sententia infamari. Siferidus sane

Albans Ar.  
 Innocentius P.  
 Fredericus E.

Siferidus Hilsen-  
 burgensis Ab.

Hartuicus H.

Rothmannus Ab.

Pigauensis abbas Hartuico abbati, qui eius erat con-  
sanguineus cellam quandam Reolene dictam assigna-  
uerat, de cuius redditibus, suis posset necessitatibus provide-  
re. Hartuico interim abbate mortuo, Rothmannus  
quem abbas Pigauensis in sua receperat, Romam pro-  
fectus executores obtinuit, episcopum et praepositum  
Brandenburgensem, et abbatem Pigauensem, qui mo-  
nachos Hilseneburgenses praefatum monasterium re-  
linquere, et ad praesentia summi pontificis, gratiam pe-  
tituros venire compellerent, sibiq; de rebus illius eccle-  
siae conuenienter facerent provideri. Illis non ea  
qua uolebat uigilantia, in executione mandati uten-  
tibus, secundo Romam profectus, aliud mandatum obti-  
nuit, cuius contenta talis est. Honorius P.  
Honorius episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati et priori  
pigauensi, Merseburgensis diocesis, et praeposito Bran-  
denburgensi salutem et apostolicam benedictionem.  
Dilectus filius Rothmannus monachus, monasterij  
de Hilseneburg Haluerstatis diocesis, in nostra  
praeposuit praesentia constitutus, quod uenerabilis frater  
noster, Albertus Magdeburgensis archiepiscopus dum Albertus Arch.  
in partibus illis legationis officio fungeretur, Siferdu-  
tunc monasterij praedicti abbatem a regimine illius  
canonice remouerit, exigentibus culpis suis, et Hart-  
uicum monachum eidem monasterio praefecerit.  
in abbatem eiusdem loci, pro eo quod dicto Hartuico  
exhibere obedientiam ac reuerentiam debitam renue-  
bant, excommunicationis uinculo innotatis, eisdem  
perpetinaciter in sua contumacia perdurantibus, de  
speciali apostolica sedis mandato, lata fuit degradationis  
sententia in eosdem, exceptis quibusdam ualeudinarijs  
et pueris circa quos fuit huiusmodi sententia sempe-  
rata. Verum idem monachi tam degradationis, quam  
excommunicationis uinculum contemnentes, unum ex se  
in abbatem eligere praesumpserunt, cum quo ipsum

Reolene

Honorius P.

Albertus Arch.



monasterium obtinentes, celebrare diuina officia no-  
 uerentur. Unde nos bonae memoriae Brandenburge-  
 si episcopo, ac uobis, filij abbas et praepositi dedimus  
 in mandatis, ut ab ipso monasterio eijceretis huius-  
 modi praesumptores, et tandem degradatos et excom-  
 municatos, pulsatis campanis et candelis accensis,  
 nunciaretis eosdem, et nunciari faceretis, in partibus  
 conuicinis, donec dimisso monasterio saepe dicto, cum  
 literis uestris rei seriem continentibus, ad apostolica  
 sedem accederent, misericordiam petaturi, adiecto ut  
 ad eijciendum eos, si opus esset assumeretis auxilium  
 brachij secularis, et praefatum Rothmannum ab ipso-  
 rum molestijs defendentes, faceretis eidem de bonis  
 ipsius monasterij congrue prouideri, ac demum uo-  
 bis, praefatis monachis et fautoribus eorum plus  
 debito deferentibus, et praetextu quarundam exceptio-  
 num maliciose obiectarum, ad eis differentibus, proce-  
 dere in negotio memorato uobis in uirtute obedientiae  
 districte praecipiendo mandamus, ut si uera essent,  
 quae de ipsorum monachorum degradatione ac con-  
 tumacia sunt expressa, uos non admissis eorum  
 exceptionibus, non taretis procedere in negotio  
 saepe dicto. Nuper autem praefatus Rothmannus  
 proposuit coram nobis, quod ipso episcopo uiam uni-  
 uersae carnis ingresso, et successore eius extra pro-  
 uinciam commorante, uos in ipso negotio procedere  
 non ualeatis, pro eo quod fuit in literis nostris expres-  
 sum, quod si non possitis omnes executioni negotij  
 interesse, dictus episcopus cum altero uestrum proce-  
 deret in eodem. Quare iam dictus Rothmannus  
 nobis humiliter supplicauit, ut super hoc prouideri  
 ei misericorditer dignaremur. Nos igitur te fili-  
 puor, praefato episcopo in executione iam dicti nego-  
 cij subrogantes, per apostolica uobis scripta in uir-  
 tute obedientiae districte praecipiendo mandamus, qua-  
 tenus humano amore, ac mundano timore postpositis

in negotio ipso iuxta litterarum tenorem prefato episco-  
po ac nobis, filij abbas et prepositi, ultimo directarum  
sublato appellationis obstaculo procedere non tardetis, pro-  
certo scientes, quod si predictus monachus pro defectu  
uestro ad nos fuerit amplius laborare compulsus, poteri-  
tis merito formidare, ne vos similis laboris angustias  
oporteat experiri. Nullis literis obstantibus, si qua  
apparuerint a sede apostolica impetratae, quae de ipso  
cum culpa et poena, plenam et expressam non faciant  
mentionem. Quod si non omnes his exequendis poteritis  
interesse, duo uestrum ea nihilominus exequantur.

Datum Lat. XVIII. Cal. Febru. pontificatus nostri  
anno VII.

Si facti itaque Pigauense abbate  
iam defuncto, Henricus qui pro ipso electus erat, et  
sui condices, Tidrico preposito missis literis precepe-  
runt, ut iuxta formam in mandato expressam, mona-  
chos saepe dictos, excommunicatos et degradatos nun-  
ciaret, et in sua iurisdictione facere nunciaret, qui  
licet mandato obediens, quod iussum fuerat implevis-  
set, ipsorum tamen communioni, in colloquio, in  
conuiuio, et diuinorum celebratione, non timuit impli-  
cari. Simile quoque mandatum item dederunt exe-  
cutores, Ekkeharde Meuseburgensi episcopo, et Poppo  
ni Hallensi preposito, prefatos monachos denunciandi,  
eosque obediens nolentes excommunicationis vinculo  
ligauerunt. At monachi uno suorum misso, man-  
datum pro se apostolicum impetrauerunt in hac  
forma. Honorius episcopus, seruis seruorum Dei  
dilectis filiis, abbati et priori de Wualkenwede, et prepo-  
sito de Northusin Moguntinae dioecesis, salutem et  
apostolicam benedictionem. Sua nobis abbas et conue-  
tus monasterij Ilseburgensis petitione monstrauerunt,  
quod cum Rothmannus quondam monachus ipsius mo-  
nasterij falso nobis suggerens, quod ipse excommunicatus  
et degradatus quina temere celebrabat, causam super  
his et alijs, abbati et priori de Pigauia, et preposito

Henricus Ab.  
Tidricus Pr.

Echardus  
Poppo - EE

Wualkenwede  
Northusin pr.  
Ilseburg.

Brandenburgensi, obtinisset à sede apostolica delegari  
quia dicto abbate interim viam uniuersæ carnis ingres-  
so, Henricus monachus, qui se in locum eius proponit  
electum, et præfatus prior, contempto iure conuicte  
uolebat in eadem causa procedere ex parte dictorum  
abbatis, et conuentus fuit excipiendo præpositum contra  
eis, quod cum prænominatus Rothmannus esset excom-  
municatus tempore, quo tales literas impetrauit, pro-  
ut exant in continenti probare parati, nec exinde  
in literis apostolicis mentio haberetur, ipsi earum  
auctoritate procedere non poterant nec debebant. Sed  
quia dicti iudices hanc exceptionem eorum denega-  
bant admittere, ipsi ad nostram audientiam appel-  
larunt, ideoque discretioni uestre per apostolica  
scripta mandamus, quatenus si ita est, reuocato  
in statum debitum, quidquid post huiusmodi appel-  
lationem inuenieris temere attentatum, auditis  
causam et appellatione remota fine canonico termi-  
natis, per censuram ecclesiasticam firmiter obser-  
uari, alioquin partes ad priorum iudicium remitta-  
tis examen applicante, in expensis legitimis con-  
demnantes. Quod si non omnes etc. Datum Lat.  
XIII. Cal. Decemb. pontificatus nostri anno VIII.

Ex tempore Henricus Pigauiensis electus, Ro-  
mam profectus, benedictione redijt confirmatus,  
Rothmannus uero qui cum ipso abierat, quibus-  
dam impedimentis aliquantum remorari coactus  
postmodum reuersus est, huiusmodi literis impe-  
tratis. Honorius episcopus seruus seruorum  
Dei, dilectis filijs abbati et priori pigauensibus,  
Meisburgensis diocesis, et præposito de Branden-  
burg, salutem et apostolicam benedictionem. Di-  
lectus filius Rothmannus monachus monasterij de  
Ilseburg, sua nobis petitione monstrauit, quod cum  
post commissiones uarias bonæ memoriæ prædecesso-

xi tuo fili abbas, ac uobis filij, prior et præpositi, dede-  
rimus in uirtute obedientia in præceptis, ut monachos  
præfati monasterij, qui per uenerabilem fratrem nostrum  
Magdeburgensem archiepiscopum, dum in partibus illis  
legationis officio fungeretur, propter suos graues exces-  
sus excommunicati fuerunt, ac demum crescente  
ipsorum contumacia degradati, tam diu pulsatis eam,  
panis, et candelis accensis excommunicatos ac degra-  
datos nunciare publice curare, et facere, acrius  
curare, donec dimisso monasterio præfato, cum  
literis uestris ad apostolicam sedem accederent, mise-  
recordiam petaturi, ac defendentes præfatum Rothman-  
num, à molestacionibus eorundem, facere, eidem  
de bonis ipsius monasterij congrue prouideri, et præ-  
fata excommunicationis sententia, inuoluta fuerit  
postmodum, et publicata in partibus conuicinis. Præ-  
positus noui operis in Hallo, Magdeburgensis diocesis  
qui à nobis acceperat in mandatis, ut præfatas sente-  
ntias faceret in partibus suis firmiter obseruari, dese-  
rens homini contra Deum, non solum noluit easdem  
sententias publicare, uerum etiam ipsis excommunica-  
tis impudenter communiare præsumit, propter  
quod fulsisit excommunicationis sententiam in eun-  
dem, qua contempta, diuina officia celebrare non ue-  
retur, in famæ ac salutis suæ dispendium, et eccle-  
siastica disciplina contemptum. Cum ergo tu fili  
abbas, prædecessori tuo succedere debeas in huiusmodi  
onere, cum literæ prædictæ commissionis, non expres-  
sis personarum sed locorum à nobis fuerint impe-  
trata, discretioni uestre per apostolica scripta manda-  
mus firmiter præcipiendo, quatenus iuxta prædicti  
mandati tenorem, sic diligenter in negotio procedatis  
eodem, quod uestre ueritatis zelus inde plus sit  
merito commendari. Nullis literis obstantibus hanc  
tenore la

tenore la

tenore facto à sede apostolica impetratis, quod si non omnes  
 etc. Datum Laterani. 27. Non. Maij Pontificatus nostri an  
 no VIII. Igitur iudices monachorum Ilseburgensium  
 ex eorum probationibus, sibi constare affirmantes, iniuri  
 am eis in saepe dicto negotio irrogatam, absolutos eos pro  
 nunciaverunt. Contra Rothmannum vero ex communica  
 tionis sententiam protulerunt, Henricum abbatem, pro eo  
 quod ipsum foueret, eadem sententia inuoluentes, et Tideri  
 co præposito tantes in mandatis, ut eandem sententiam  
 cum instantia publicaret. Nec multo post abbas quoque  
 et suorum consudicum recepit mandatum ut monachos  
 Ilseburgenses excommunicatos et degradatos, cum solen  
 nitate in literis apostolicis expressa, publicare nunciaret.  
 Ipse vero mandato priori obedientiam seruare decernens,  
 studiosè illud exequebatur, abbatem et Rothmannum  
 excommunicatos sæpius denunciando, quod cum aliquando  
 in conuentu quodam Nuenburgensis et Merseburgensis  
 episcoporum, et aliorum plurimum clericorum et laicorum,  
 abbate quoque presente faceret, exubescendum de se uterque  
 spectaculum præsentibus præbuerunt, conuicijs se inuicem  
 turpiter infundentes. Non autem abbas et eius consudices  
 auctoritatis suæ contemptum æquanimiter acceperunt, sed  
 præpositum excommunicationis sententia ferientes, hanc pri  
 mo in capitulo Goslarensi promulgari, fecerunt, ac ea  
 postmodum iterata, missis in uigilia beati Andreae literis,  
 fratribus quoque ut à communionem eius se subtraherent  
 præceperunt. Literarum uero contenta talis fuit.  
 Henricus dei gratia abbas, Henricus prior, Sigauenses,  
 et Albertus, præpositus de Brandenburg, homino Tideri  
 co dicto præposito montis seueri spiritum consilij sanioris.  
 Si ecclesie membrum utile fuisset, Ilseburgensium  
 quos et ipse præcisos ab eius corpore publicastis, morbo com  
 munionis inficiastis. Verum quia sicut peccator, qui  
 in profundum malorum deuenit, a deo dei reuerentiam  
 contempsistis, ut in nos, excommunicatus, excommunicatio  
 nis adirecistis blasphemiam protulistis, pro eo quod homi

ne Papa preceptum in uirtute obedientie nobis iniunctum  
omittere non audeamus, et nos eiusdem precepti clausula  
qua dicit, Nullis literis obstantibus hanc tenore facto a  
sede apostolica impetratis, a nostra non sufficit potentia  
defensare, nos iterato qua fungimur auctoritate, senten-  
tia excommunicationis uos inuoluimus, licet inuiti, et  
uobis in domino consulimus ne clauum potestatem, quas  
a domino papa recepimus, uilipendere penitus presumatis,  
et sententias iniquitatis, quas in nos temere promulga-  
stis, in proximo festo sancti Andree, sicut publice pro-  
tulistis, sic et publice per uos corrigere maturetis, non  
solum ponderis nullius, sed et plenissimi erroris easdem  
sententias ostendentes, alioquin ex tunc quia crescente  
contumacia crescere debet et poena, contra uos durius  
procedemus. Dei gratia Henricus abbas, Henricus  
prior, Pignarienses, et Albertus prepositus de Branden-  
burg, executores sedis apostolice delegati, uenerabili  
domino Petro, foliq; conuentui montis seueni, eum timere  
qui postquam occiderit corpus, potest et animam perde-  
re in gehenna. Cum iuxta mandatum apostolicum  
monachos de Ilseburg excommunicatos, et degradatos  
publicauerimus et fecerimus, per omnes ipsorum uici-  
nias publicari, montis seueni prepositus, qui nostrum reci-  
pere preceptum, quia dictos sacrilegos, quos et ipse solen-  
niter nunciabat, recepit ad diuina, quando et fatum  
dictis iudicibus, imo certis seductoribus, abbati scilicet  
et priori de Yualkirch, eodem excommunicationis  
uinculo innotatis, non solum in crimine communicat  
criminosos, uerumetiam pro ipsorum fauore, in nos, pro  
iusticia ceteris stantes, excommunicationis blasphemiam  
proferuisse presumit, et quia cum ex nostra commisi-  
onis respectu, iurisdictionem fatum nullam esse debu-  
erit perpendisse, et sicut de mandato sedis apostolice,  
specialis degradatio Ilseburgensium monachorum pro-  
cessit, sic nec absolutionem ipsorum absq; eiusdem

apostolica sedis expresso mandato, et ipsorum culpæ et poenæ mentione potuerit admisisse, quia idem tenebras lucem, et lucem tenebras aestimare non ueretur, auctoritate qua fungimur, ipsum eiusdem excommunicationis uinculo, quia facinus quos inquinat, æquat, solemniter innotamus, ut uel hac discretionem Sathanas deserat emendatum, uel si ipsum ius suæ possessionis inuenit, uos qui in fœctu operum elegeritis filij Dei esse, iuxta timorem domini, patrem catholicum eligere mereamini. Ideoq; discretioni uestre sub eadem excommunicationis poena distinctè præcipiendo mandamus, ut statim post literas nostras uisas, huiusmodi acceptum arctius euitetis, scituri, quod omnes qui post hoc mandatum receptum, dicto præsumpto, et communicare præsumpserit, similem excommunicationis uindictam nominaliter sortientur. Fateamur tamen nullus pro huiusmodi mandato ab eius se communione subtraxit, quidam pro eius fauore, nonnulli uero quoniam stipendio suo defraudari, et à loco emigrare, quod uidelicet eis, qui hoc facere uoluerunt solum restare uidebatur, pondus importabile iudicabant, præsertim cum non desent uiri literati, qui eos non tenerent ad obijciendum præceptis talibus fateantur, quo eis excusari desiderantibus, ut se excusatos esse, et si non crederent, saltem se credere sibi et fingerent suadebatur.

### De prædicatoribus et minoribus fratribus.

Magdeburg. Duo nouæ conuersationis ordines in provincia, et præcipue in ipsa ciuitate Magdeburgensi, haberi coeperunt. Unus eorum qui fratres prædicatores se nominant, alter eorum qui minores fratres appellantur. De quibus ferunt, quod ante hoc tempus uiginti annis instituti, et ab Innocentio papa fuerint confirmati, et prior

quidem clericorum tantum est, sequens uero et clericorum et laicorum quem dicunt ab institute quodam principium accepisse. Quid autem est huiusmodi nouitatum introductio? nisi quaedam exprobratio nequam et ociosa conuersationis eorum, qui in ordinibus constituti sunt, in quibus ecclesia primitus est fundata. Denique beatissimi Augustinus et Benedictus, qui ita uixerunt ut uixerunt, ad quantum sanctitatis culmen, ex sua conuersatione peruenerint, notum est, quorum praeceptis si quis obedientiam seruare uoluerit, nullis nouis institutionibus uidebitur indigere. Nam si eisdem nouis institutionibus sanctitas quaeritur, illa posset sufficere ad quam praedicti patres sanctissimi, secundum suas uiuendo regulas peruenerunt. Non enim facile credi potest, quod quisquam uel ex ordine sanctorum praedicatorum, uel minorum fratrum, Augustino uel Benedicto sanctorum sit futurus. Absit autem ut quorumlibet bonis studiis deopando haec dixerim, sed quia uolendum et ualde uolendum est, quod primitiui ordines, ex eorum, qui eosdem professi sunt inordinata conuersatione ad tantum deuecti sunt contemptum, ut seculo renunciare uolentibus ad salutem sufficere non credantur, si enim posse sufficere putarentur, nunquam noui alij quaererentur. Presbyter quidam Wuldego nomine, plebanus, uille quae Soleuene dicitur, hereditatem quamdam a Tidrico praeposito repetens, abbatem et priorem Pignarienses, iudices super hoc a sede apostolica impetrauit. A quibus praepositus priuilegiario citatus est, cum die constituto non uenisset, fratrem autem unum ad appellandum tantum pro se miserat, excommunicatus est, literasque in uigilia natalis domini recepit, istam sententiam continentes. Rothmannus monachus tam pro suis negocijs, quam pro ecclesia Pigna

Wuldego.

Soluene.



uensi, quam **EK** **Ekhardus** **Mersburgensis** episcopus sua iurisdictioni subijcere conabatur, cum nuncio abbatis Romam profectus est, cum eum episcopus iam diebus xv. uel amplius eodem itinere praecessisset.

M. CC. XXV.

**Conradus** **Siehem.** **Conradus** quondam **Haluerstadensis** episcopus, monachus in **Siehem** obiit **xv. Cal. Jul.** antequam **frater** ipsius **Guncelinus** de **Croze** eodem anno mortuus est.

**Comes de Vendigano.** **Cardinalis** quidam **Cisterciensis** ordinis natione **Teutonius**, cuius pater **Comes de Vendigano** dicebatur **Pov.** **tuensis** et **sanctae Ruffinae** episcopus, ad omnes ecclesias **Galliae** et **Teutoniae** a sede apostolica destinatus, circum **Misna.** principum **Augusti Misnam** uenit, cuius aduentus, pro eo quod **iusticia tenax** et **munerum contemptor** ab omnibus dicebatur, **Tiberico** praeposito male sibi consilio non pauca **tepidationis** iam fuit, cum **fratres** quoque suos si possibile eis fieret, **accusationem** contra se **instauratos** minime dubitaret. Itaque **misso** nuncio **Wulhel-** **Albray - pro.** **mum Gillenensem**, et **Albertum Misnensem** **sanctae Afrae** praepositos rogauit, ut ipsi, de **ecclesia** **severni montis**, **legato** **suggestionem** facientes **orarent**, ut eidem **miseri cordi** **seu** **prouide**ret, quoniam **impune** et a quibuslibet **uastaretur**. Hoc **procurare** intendens, ut si forte de **malo** **statu** **ecclesiae** **suae** **legatum** **audire** **contingeret**, de hoc non ipse sed magis alij **culpabiles** **tenerentur**. Et illi quidem quod **rogauerat** **executi** sunt. Verum quidam ex his qui **legatum** **comitabantur** et **canonicorum** **Misnensium** nonnulli, qui **causam** **ecclesiae** **bene** **noverant**, **severni montis**, ipsum **familiari** **colloquio** **plenus** **instruxerunt**, **commemorantes** **eidem**, **qualiter** **ecclesia** **iam** **dicta**, **in** **annis** **per** **uicibus** **omni** **bonestate** **et** **rerum** **copra** **flo-** **ruisset**. **Nunc** **uero** **per** **negligentiam** **et** **improvidentiam** **praelati** **sui**, **extrema** **et** **rerum** **et** **bonoris** **inopia**

Legatus pontificis  
ad Germaniam  
uisit.

laboraret, hortabanturq; eum, ut quoniam ecclesia ipsa  
immediate ad sedem apostolicam pertineret, eam persona  
liter non negligeret visitare. Igitur à Misna depressus  
sequenti die assumptionis sanctæ Mauræ Hallam  
uēnit, ubi cum per biduum moraretur, innouatis de  
Tiberico præposito accusationibus, simulq; accusatorib;  
multiplicatis extraneis tamen, contra ipsum incitatus  
est, certumq; erat eum ab ecclesia Hallensi receden-  
tem ad serenū montem iturum, si non à capitulo  
Haluerstatensi inuitatus, propositum mutauisset. Interea  
feates serenū montis diuersis pro expectatione aduentus  
eius animorum motibus agitabantur, et præpositus qui-  
dem, et qui pariter erant eius uerum timorem, fictæ  
læticiæ securitate palliabant, alij uero qui multorum  
malorum finem, per eum se inuenturos sperabant,  
pro diuersitate referentium, quibusdam uidelicet eum  
uenturum affirmantibus, quibusdam negantibus, nunc  
spe alacres, nunc tristitia perrecti, et trepidi uidebantur,  
sed cum uerus rumor exisset quod Rodolfum præposi-  
tum sancti Ioannis Haluerstatensis, pro querimonia  
featem suorum deposuisset, et horum aucta fiducia,  
et illorum simulata læticia repressa est, et iam de  
contemnendo eius mandato, si aliquid simile contra  
præpositum attentare uoluisset, mutuo conferebant, non  
autem accusantes præpositum Haluerstat defuerunt, sed  
aucti numero, legatum in admirationem non modicā  
adduxerunt, ita ut easdem querelas depositione præ-  
positi, indubitanter promitteret terminandas. Eodem  
tempore ERKebardus Meersburgensis episcopus, de  
partibus rediit Transalpinis. De Haluerstat uero  
progressus legatus die beati Egidij Magdeburg uenit,  
ubi tribus hebdomadibus remoratus est. Ecclesia  
quædam canonicorum secularium Biuera dicitur,

Misna.

Halla.

Hallast.

Rodolffo Jr.

Echardus E.

Magdeburg

Biura.

Wiltibund. curus erat præpositus Vualdebrandus feator archiepiscopo  
 pi Magdeburgensis, in hac præbendam uacantem legatus  
 cuidam dedit, præposito inconsulto, cui cum præpositus  
 in faciem contradiceret, eiq; exactiones, quibus eccle-  
 sias ad seruendum sibi compelleret contumaciter  
 exprobuaret, eum excommunicauit, et ita uerbis in  
 audientia totus clerus et populi in eundem inuectus  
 est, ut **Gardonem**, et sicut plerique se audisse fate-  
 rantur leccatorem publicè appellaret. Sequenti die  
 beneficijs ecclesiasticis, quæ plura habebat eum spoli-  
 are coepit, et primo præpositura de Brueca, Arcens  
 quod singulis diebus uno eum beneficio usque ad  
 ultimum nudare uellet, ita ut nec nomen eius in  
 Magdeburgensi ecclesia remaneret. Sed uix ei ab ar-  
 chiepiscopo et cæteris qui aderant episcopis uenia  
 impetrata est, cum prius ipse discalciatus, et scopam  
 ferens, legati se pedibus prostrauisset. Sabbato qua-  
 tuor temporum, quod in hoc anno in uigilia beati

Legatus  
Leccator

Hannoy

Matthæi euenerat, **Hermanum** Herbipolensem ele-  
 ctum presbyterum, et sequenti die episcopum consecra-  
 uit. Nocte beati Mauricii ad matutinas octo episco-  
 pi, hoc est, Escomiensis, <sup>ac</sup> Cammerensis, Hauerberge-  
 sis, Brandenburgensis, Mersburgensis, Hildeneshei-  
 mensis, Herbipolensis, Magdeburgensis, octo lectio-  
 nes legerunt, Legatus nonam lecturus, prius bene-  
 dictionem dedit, Dominus misereatur nostri et bene-  
 dicat nobis, et facto à circumstantibus, Amen,  
 sic demum legit. Eo tempore de præpositura ReRo-

Cammerensis in al-  
tore

Ep.

ReRo-  
uensi  
prop.

uensi quæstio uexabatur, tempore namque quo Alber-  
 tus archiepiscopus, in partibus transalpinis seruicio  
 imperatoris occupatus morabatur, defuncto Ioanne præ-  
 posito de ReRo-ue, qui Erico successerat, Albertus Mis-  
 nensis ecclesia canonicus, in locum eius electus est.

Iuan-  
Eug.  
Almag.

ecclesiamque illam plus quam per annum in seculari  
manens habitu gubernavit. Archiepiscopus rever-  
sus Alexandro canonico noni operis preposituram  
dedit dicens, donationem eius ad se devolutam, quonia  
intra terminum electioni prescriptum legitimam per-  
sonam, hoc est regularem ordinis conventus elegere  
neglexisset. Hæc ante adventum cardinalis gesta  
sunt, verum postmodum advenientem Albertus præ-  
positus adiens supplicavit, ut causæ suæ favorem suum  
impendere dignaretur, quod in se factum fuerat, con-  
firmante. Quod cum legatus facere paratus esset  
consilio suorum revocatus est, dicentium audientiam  
archiepiscopo concedendam. **ER** Richardus quoque  
Meisburgensis episcopus, ab Alberto præposito pro eo  
dem rogatus negotio, devotum mox spondit aditorem  
um, cum magna Alexandri derogatione adiciens,  
quod nullius ex loci præpositura conveniens esset, nisi  
fons alicuius amoeni, nemoris speciosas, mœtentes  
habens, et cui taberna de proximo sit adiuncta.  
Legatus archiepiscopum de causa conveniens, cum  
tenacem sui iuris invenisset, dixit non oportere  
eum de præpositura Lezouensi prænominato cano-  
nico obtinenda, tantopere sollicitum esse, cum ipse  
aliam, scilicet sexeni montis in promptu haberet, quæ  
posset ipsum honestus investire. Verum episcopus Meis-  
burgensis hoc rumore comperto, timens ne cognatus  
suis Tibericus præpositus inhonestè deponeretur, Ale-  
xandri colloquium petit, hortaturque, ne donationem  
archiepiscopi legitimam, negligentiam duceret, imò  
constanter promittens, se et modis omnibus succursu-  
rum. Archiepiscopo deinde ad voluntatem suam incli-  
nato, uterque legatum advenit, eumque præposito agendi  
contra præpositum reducunt. Alexander vero paucis

Lica monas-  
terio idem.

euolutis diebus ReZourensem obtinuit praeposituram.  
 Igitur legatus misit literas duobus diebus, hoc est  
 Matthaei et Mauricii procuratorem sibi de ecclesia  
 sexeni montis praecipit exhiberi, in qua sex marcae  
 expensae sunt, tribus thuribus argenteis pro eisdem  
 impignoratis. Intellexit tunc praepositus malum quod  
 euaserat ipso sibi legato decente, quod duxerit contra eu  
 acturus fuisset, si non intercessores ipsius, quos plures  
 et fortes haberet, eum a sententia reuocassent, sciret  
 tamen se nequaquam sine examine relinquentum.  
 Praepositus uero malum sibi a fratribus suis procu-  
 ratum coniciens, quod etiam non usquequaque fal-  
 sum erat, omnem in eos causam cepit refundere,  
 multis eos apud legatum accusationibus infamando.

At ipse praeposito a se recedente uisitatoris sexeni  
 monti ordinem ~~et~~ Conuadum Hildenesheimensem  
 episcopum, et Godfridum quendam monachum  
 cisterciensis ordinis, ex his qui eum comitabantur,  
 quam tamen ordinationem Ottho maioris ecclesia  
 Magdeburgensis praepositus impeduit. Is enim So-  
 phia *Quidlingenburgensis* abbatisse dudum deposite,  
 iudices a quibus restitueretur archiepiscopum Mag-  
 deburgensem et Hildenesheimensem et Mersburgensem  
 episcopos a sede apostolica impetrauerat, timensa  
 ne restituta ipsa occasione uisitationis praedictae per ab-  
 sentiam Hildenesheimensis, dilationem acciperet fa-  
 ctum illud, petijt immutari. Restituta uero abbatisse  
 ipse eam usque *Quidlingenburg* prosecutus est, atque  
 in dies aegritudine occupatus, nouem diebus decubuit,  
 sicq; demum immatura morte uitae terminum conse-  
 cutus est, cui in praepositura succedens *Vuldebrandus*  
 frater archiepiscopi, inopinata mutatione ueritatem illi-  
 us sententiae satis probasse uisus est, qua dicitur quod  
 humiliationem elatio, et gloriam humilitas antecedit

Sophia  
 quidling.

Vuldebrandus  
 fr.

Igitur cum circa finem Septembris legatus de curia  
te Magdeburgense, itinere quod iuxta seuenum montem  
ducit, Nuenburg profectus esset, magna rursus fratres  
expectatione, eius, sollicitudine tenebantur, crebroq; ad  
loca unde procul uideri poterat, procurrentes, specula  
bantur si forte ad eos occasione itineris declinaret, ipse  
quoque prepositus suspicionibus trepidus, quippe quem  
conscientia securum esse non patiebatur, cum nullo  
adhuc nuncio uenturum didicisset, equitando tamen  
eidem tanquam uenienti occurrens, ecclesiam ornari  
uexilla, crucibus appendi, aliq; receptioni eius con  
uenientia parari precepit, atque sub hac expectatione  
bituum exactum est, illo minime ueniente. Accidit  
uero inter hæc, patrem eius aduenire filio collocutu  
rum, quem in seueno monte se reuerturum audierat,  
quem casum multis uisum est a casu prepositum  
liberasse, siquidem procurationi comitis, omnem impe  
dens diligentiam hoc meruit, ut idem ad filium post  
modum ueniens, eum pro se preposito quatuor  
actionem rependere postularet. Nec inefficax eius  
fuit postulatio, denique legatus seuenum montem pre  
teriens, cum in Nuenburg uenisset, admonitus, ut  
sæpius, ne ecclesiam sæpe dictam absque provisione  
relinqueret, Ekkehardum Meisburgensem episcopum  
sciens et certus ipsum esse cognatum prepositi, uisita  
torem dedit, ad hoc tantum ut prepositum a praua  
mine custodiret, adiunctis ei episcopo Brantenburgense  
et abbate Portense, ut etiam pro ecclesia fecisse ali  
quid uideretur. Verum Brantenburgensis uicem  
suam Ernesto scholastico Meisburgensi, agente pre  
posito, commisit. Abbas uero pro se iam dictum Godfr  
dum monachum designauit. Hi itaque cum episcopo  
Meisburgense ad locum uenientes, die undecim milli  
um uirginum, fratribus coram altari beati Petri con  
uocatis, primum eis literas legati recitari fecerunt.

Nuenburg

quorum contenta talis est. Cardinalis divina  
 miseratione, Pofuensis et sancte Rosinae episcopus,  
 apostolicae sedis legatus, venerabilibus in Christo, Meis-  
 burgensi et Brandenburgensi episcopis, et abbati de Porta  
 cisterciensis ordinis, Nuenburgensis dioecesis, salutem  
 in domino. Iesu. At aures nostras noueritis perue-  
 nisse, quod mons seuerus negligatur in multis, et in  
 magno defectu sit rerum atque disciplina, quia ipse  
 locus ad sedem apostolicam respectum habet, nullo me-  
 diante, nobisq; specialiter incumbit prouidere ne pre-  
 eat, auctoritate legationis qua fungimur, uobis man-  
 damus, quatenus accedentes ad locum ipsum, uisitatio-  
 nis officium prosequamini diligenter, et studiosè repa-  
 rationi eius intendentes, plenam habentes potestatem  
 statuendi et ornandi, quaecunque uideritis expedire,  
 atque contra dictores per censuram ecclesiasticam coe-  
 cendi. Datum Nuenburg. Cal. Octob. Lectis.  
 literis cum episcopus modum uisitationis se igno-  
 rare diceret, quamuis modum, secundum quem ipse  
 procedere disposuerat, non ignoraret, Godefridus mo-  
 nachus, quoniam in ordine cisterciensi usitata res  
 est uisitatio, modum eius talem esse asseruit, ut sin-  
 guli fratrum iurati, dicerent ueritatem de omni-  
 bus, quae uel à praeposito, uel ab alijs in ecclesia sua  
 fieri certum esset. Episcopus licet hunc modum, et  
 modum praeposito non esse sentiret, callide tamen  
 laudauit eum, et tenendum esse dixit. Unus uero  
 de fratribus Henricus de Reckin cuius iam sapi-  
 us mentio facta est, his auditis, credens inquisitionem  
 contra praepositum faciendam, chartam in qua plura  
 et maiora, in quibus ecclesiam damificauerat, conti-  
 nebantur, episcopo porrexit. At episcopus ad id, quod  
 ipse faciendum proposuerat, tendens, ad priorem et  
 fratres conuersus, si aliquid contra praepositum uel-  
 lent proponere, à singulis requirebat, qui modus ab  
 illo quem prius laudauerat, et quem tenendum esse  
 dixerat, modis omnibus discrepabat. Quomodo

puta.

Hinc de  
Reckin.

iudicia æquitate inueniunt, qui pro iudice lupum  
uocem sub agnina pelle suscipiunt. Verebatur  
enim ne si uisitato uel inquisitio suo modo procederet,  
hoc est sub iuramento et in secreto, præpositus nume-  
rositate contra se tantum grauaretur. Neque enim  
præpositus ipse de omnibus, qui suæ partis esse uide-  
bantur satis securus erat, quos tamen, si publice, et  
sine iuramento requirerent, nihil contra se dicturos  
minimè dubitabat, cum aduersarios quoque suos à  
libertate dicendi, publica posset inquisitio referre.  
Verum isti ut modum uisitandi sibi præscriptum tene-  
ret, cum instantia petentes, impetrare nullo modo  
potuerunt. O tantum prælatum iusticiæ naufragum,  
nefandæ uolentiæ principem, simulatæ sanctitatis et  
symoniacæ dignitatis infula sublimatum. Quomodo  
illis proderit, qui diuini spiritus sancti q̄ conscientia  
inanis existit. Perire itaque alijsq̄ pluribus  
dicentibus, quod nihil uellent proponere, alij qui siue  
palam siue occultè requisiti, quod uerum erat, non  
tacere decreuerant, quiq̄ continentiam literæ, quæ  
Henricus exhibuerat non ignorabant, solum tamen, qui  
in uerbo proponendi latebat, non intelligentes, sed hoc  
quoque ad inquisitionem pertinere simpliciter creden-  
tes, præsertim quia in capite illius literæ, ita scriptum  
erat, Hæc sunt de quibus inquiratis. Quidam qui-  
dem pro tacto, nonnulli uero etiam pro inopia uerbo-  
rum, ut breui responso se absoluerent, hoc se propo-  
nere responderunt, quod litera contineret. Recitata  
igitur ab episcopo litera, præpositus ad responden-  
dum interloquendi copiam petijt et accepit, sicq̄ uisi-  
tatio in actionem litis mutata est. Interlocutus autem  
cum suis, respondit, plura contra se proposita, quæ  
tempore arbitrij in questione fuissent, et quæ arbitrij  
perpetuo silentio tradidisset. Ex qua re probare nitēba-  
tur, eos qui proposuerant, in crimen perjurij cecidisse,  
et consequenter poenæ arbitrij, hoc est excommunicationi



subiacere. addens eos contra se, quod ex uniformi re-  
 sponso eorum posset colligi, conspirasse. Episcopo præter  
 ea eiusq[ue] socijs dicentibus, quod his quæ olim præposita  
 arbitrium intacta reliquisset, ipsi ad discutendum ma-  
 num non apponerent, ea quæ de nouo adiecta fuerant  
 facile diluit, cum non solum episcopus et Ernestus scho-  
 lasticus, sed etiam Henricus Meersburgensis præposi-  
 tus, frater eius, et quidam iurisperitus Ioannes nomine,  
 quos episcopus ad illum tractatum admiserat, patronos se  
 ei exhiberent, non tantum responsiones eius qualescunq[ue]  
 sufficere indicantes, sed etiam ipsi pro eo responden-  
 tes, eumq[ue] ne forte incautus aliquid diceret, à locutio-  
 ne ipsum sæpius compescerent. Fratres ubi ad resi-  
 stendum arctari se uiderunt, Godefridum monachum  
 in quo non parum fiducia habebant ad peruatum pe-  
 tentes colloquium, consilium flagitabant, ille male cum  
 ipsis actum esse protestatus, in tale cum eis consensit  
 consilium, ut Henricum de Reckin, qui tempore  
 arbitrii à claustro exulabat, et alij qui nondum emanci-  
 pati, arbitrio stare non promiserant, dicerent se uniu-  
 lris arbitrii suo iudicio non tenere, magis autem sub  
 poena arbitrii. Propterea quemquam ipsorum non  
 eadem, quia prius præpositus illud non seruasset,  
 qui et possessiones ecclesie, sine consensu featorum,  
 postea alienauerat, personas etiam pro rebus recepe-  
 rat, debita ecclesie cum instantia et sub testimonio  
 featorum à marchione non exegerat, uiolenter abla-  
 ta non requisierat, privilegium de quodam contra-  
 ctu ante arbitrium, sine consensu, capitali facto, cum  
 sigillo capituli, ignorante capitulo post arbitrium dete-  
 rat, suspicionem uero conspirationis si necesse foret,  
 secure se posse detegere iuramento. Itaque regressi  
 quod in consilio placuerat, responderunt. Ad horum  
 principum ita respondit ~~episcopus~~ episcopus, quod non  
 solum illi qui præsentis arbitrium seruare promiserat

sed etiam omnes, qui in ipsa ecclesia usque in fine  
futuri essent, eodem abstracti vinculo tenerentur. Contra  
ea uero quae de transgressione arbitrii posita sunt, quia  
ueritate roborata excusari, nisi impudenter non pote-  
rant, uicissim ab illis inquirere studuit, utrum et ipsi  
arbitrium bene seruassent, quia prius audierat eos clau-  
suris et proprietatibus non cauere, quibus decentibus,  
quod arbitri in discretionem praepositi et prioris haec dispen-  
sanda reliquerint, ut eorum licentia pro necessitate tali-  
bus uterentur. respondit, eos non haec excusare, quod  
scriptura arbitrii non habuerit. Illud tamen quod de  
personis pro rebus receptis dictum erat ita excusauit,  
ut deceret, quod si aliquid sine conditione uerbis expressa  
dantes aliquid, reciperentur, tales pro rebus non recipi,  
sed cum rebus. Quidam sane inuisperitorum huiusmo-  
di negotium uelatum Symoniam uocant, credo propter  
ea, quod homines lateat quasi bona procidenda, non  
sit potius coram Deo, quam coram hominibus, coram  
quo indubitanter symonia committitur, cum quis in  
claustris suscipitur, qui si non daret aliquid non suscipe-  
retur. Iterata post haec interuogatione, episcopus de  
obseruantia religionis, et qualitate obediendi, praeposito,  
et de procuratore featum a Priore et ceteris in uir-  
tute obedientiae requirens, singula horum emendatione  
satis comperit indigere, pluribus causam in praeposito  
refundentibus, in tantum ut prior publice fateatur,  
esse quosdam featum, quos speciales praepositi appella-  
bat, quos nec praepositus per se corrigere, nec ab eo  
corrigi uellet, qui pro arbitrio suo uiuerent, et quorum  
exemplo, alijs male uiuendi occasio praestaretur. Prae-  
positus uero narrationem quam ipse texerat, scri-  
ptam proficens, recitari fecit, in qua feates non sua  
partis, quosdam ipsorum nominatim exprimens, nimis  
indecenter laceauit, ita ut aliquos ipsorum non mi-  
nus falsis, quam detestandis conaretur criminibus in-  
famare. Multa quoque de eorum inobedientia et  
contumacia conquestus, plures excessus quos ipse correxit.

Simoniam.

rat, replicabat, plurima quæ scripturæ debeant, uer-  
 bis supplens, quorum non pauca ueritatis esse uacua no-  
 tum erat. Aliam præterea conscriptionem fecit reci-  
 tari, expensas quas per annos quatuordecim se fecisse  
 dicebat, et damna quæ ab alijs ecclesia suis pertulisset  
 temporibus, continentem, per quam scilicet causas  
 inopiæ, qua in presenti premebatur ecclesia, à se  
 uoluit submouere. Episcopus his patienter auditis,  
 nullam fratrum, qui accusati fuerant excusationem  
 uolens admittere, conscriptiones illas recipiens, apud  
 se retinuit, ac demum cum socijs uisitationis inter-  
 loquitur, et dicebat quod statum illius ecclesiæ talem  
 inuenissent, ut de eius reformatione non possent,  
 sine prudentium uirorum consilio pertractare, ideoq;  
 se ad præsens recessuros, sed in octaua beati Martini  
 cum pleno consilio redituros, monebatq; ut ipsi causam  
 suam cum proposito, medio tempore ita compo-  
 nerent, ut eorum deinceps præsentia non eperent,  
 obedientiam quoque preposito debitam exhiberent,  
 religionem, quam ipsis testantibus, ualde infirmari  
 constaret, ipsi per se ad emendationem reducerent,  
 neque hoc opus alijs reseruarent, scientes indubitanter,  
 quemlibet ipsorum religioni non studentem, aut ino-  
 bedientem repectum si ab illa ecclesia remouendum,  
 ut ad eam regressum de cætero non haberet, sicq; con-  
 uentus ille solutus est. Maiori uero quam nosters  
 temporibus uisa fuerit diligentia, in ecclesia sexeni-  
 montis, religio seruari coepit, et noua quædam uerū-  
 facies repente apparuit, dum fratres omnes, exceptis  
 quos officia excusabant cotidie simul foris canonicis  
 ad ecclesiam procederent, simul in refectorio refice-  
 rentur, infra parietes claustræ se cohiberent, mox ut  
 signum ad uesperas datum fuisset, omni opere postposi-  
 to, ad conuentum concurrerent, ad collationem sece-  
 rent, et tempestiue ad dormitorium conuenirent.  
 Instabat quoque prepositus coactioni, non tamen

cum delectatione, sed ut de suis accusatoribus, se uindi-  
casset, religione pro pladio utebatur, cuius rei proba-  
mentum fuit, quod unum ex ipsis sacerdotem, pro  
eo quod una uice loca texta primo signo sonante,  
ad conuentum non occurrerat, uirgarum uerberibus  
emendauit, neque enim uniformiter circa omnes  
eandem distractionem seruabat, sed etiam quod sibi  
fauentibus uellet parcere non celabat, quae res alijs  
malum intolerabile uidebatur. Intentionem quoque  
eius incitabat, familiarium suorum instantia, qui poe-  
nam ei diuinitus irrogari precabantur, si in cogendo  
illos qui in derogationem ipsius, defectum religionis  
accusassent, hepidus extitisset, denique episcopus, incer-  
tum utrum ex industria, an taedio interrogandi de hoc  
articulo à paucissimis eorum, qui erant ex parte prae-  
positi, requisit. Cum itaque illosum qui coactione  
arctabantur uita in amaritudine esset constituta, et  
de hoc crebro inter se conferentes ingemiscerent, quibus-  
dam ipsorum utile uisum est, ut praepositum satisfac-  
tione placantes, cum ipso et alijs ei fauentibus concor-  
darent, ita enim posset fieri, ut rigorem suum, circa  
eos aequè, ut circa alios temperaret, conatum enim suum  
contra eum, quod multis iam experimentis didicissent,  
inanem esse dicebant, sed nullatenus aequanimiter fec-  
ere posse ut ipsi captiosè ad religionis obseruantiam co-  
gerentur, alios uero cotidie sub oculis uiderent, sibi  
iuxta suum uiuentes placitum insultare. Hoc autem  
consilium quantum eis commode et utilitatis procuras-  
set, si illud secuti fuissent, postea cognouerunt. Verum  
quia plexisque eorum ignauiam et timiditatem rebo-  
lere uidebatur, reiiciendum iudicabant, cum tamen  
ipsi nullum in quo fidendum eis esset, possent solatium  
demonstrare, unde factum est, ut quamuis a grege usque  
ad uisitationem, seu uisitantorum reditum instante  
sibi, cum suis praepositum tolerarent. Qui uere con-  
stituta alijs eos causis detinentibus uenturae prohibiti,  
uenturos se

uenturos se die beate Cæcilie mandauerunt, quo die cum  
 episcopo et scholastico, abbas quoque Portensis affuit, quia Gode-  
 fridus propter iniquitatem peioris tractatus, sequenti noluit  
 interesse. Igitur in hoc loco quo supra feateribus conuocatis,  
 episcopus ab illis, qui in litteram Henrici consenserant, qui erant  
 undecim numero, requisivit, utrum cum præposito ad pacem  
 et concordiam redire uellent, an cum eo de iure contendere.  
 De qua re illi cum abbate solo collocuti, eius consilio episcopi  
 et scholasticum rogauerunt, consilio interesse, quod consecuti,  
 dicebant quod se et causam suam illorum consilio et manda-  
 to uellent submittere, dummodo querimonijs ipsorum prius  
 ad audientiam uenire permissis, necessitatibus ecclesie prou-  
 derent, episcopus uero eos etiam hortabatur ne aliquid eorum  
 qua dicenda essent, supprimerent, dicens, hoc et sibi et illis  
 expedire, quia nequaquam possent de rebus incognitis  
 ordinare, adiecitq; quod consanguinitatis qua tenebatur,  
 præposito, uellet illa die penitus obliuisci. His animati,  
 cuncta, qua uel a præposito, uel a suis passi fuissent,  
 fiducialiter exponebant, præcipueq; suspicionem conuicatio-  
 nis, à qua se immunes nouerant, uolentes abstergere,  
 unanimatis suæ causam non celabant, hanc scilicet,  
 quod præpositi familiares sæpius in eos, non solum uerbis,  
 sed etiam manibus excessissent, quosdam ipsorum etiam  
 interficere minitantes, talisq; eos ad concordiam, qua se  
 uicissim tuerentur, et de qua præpositus eos infamaret,  
 necessitas adduxisset.

Finis.

Otto 1. Imp: In diebus primi Othonis imperatoris, fuit quidam Tidericus, Tiderig  
 equestra libertatis uir, hic genuit duos filios Dedonem et Dedo. ♂  
 Fredericum comites. In diebus autem tertij Othonis imperato Frederig.  
 ris mortuo Brone quodam, Meusburgensi comite, Gisleerus Bion C.  
 archiepiscopus, comitatum eius qui inter Kupperam et Sata, Mansburg.  
 et Saltam et Vuillebete fluvios situs est, Dedoni acquisi Gislay Arb.  
 uit. Duxit preterea uxorem Thieburgam filiam Tideri, Thieriga.  
 ci marchionis, genuitq; ex ea filium nomine Tidericum, Wainzo M.  
 Interfecit autem eundem Dedonem, Yuerinzo marchio. Fili A  
 us autem Tidericus, comitatum patris et omne beneficium B  
 dono regis obtinuit. Marchia uero Yuerinonis et quid, C  
 quid a rege tenebat, Berenhardo comiti auunculo Tiderici D  
 marchionis concessum est. Accepit itaque Tidericus comes E  
 uxorem, filiam EK Rehardi marchionis, qui in regia arce, F  
~~Tidericus~~ <sup>curto</sup> qua Polite dicitur interfectus est, Machstildam G  
 nomine, sororem Hermannii et EK Rehardi marchionum H  
 et Guntheri, et ex matre Geronis marchionis V qui cum I  
 feate suo Gexone Coloniensi archiepiscopo. Neenburgen J  
 sem abbatiam iuxta Bedam et Salam fluvios construxit. K  
 Fredericus uero comes, Tiderici comitis paternus, feater L  
 Dedonis, cum non haberet mares filios, sed tres filias M  
 Hileburg civitatem suam, eidem Tiderico mortuus dedit, N  
 ut de consensu suo, quia haeres eius fuit, praedium omne, O  
 quod remanserat, filiabus suis traderet. Obijt autem in P  
 eadem ciuitate, in sacca nocte epiphaniae domini. Huius Q  
 comitatum, et super pagum Suseh potestatem, praedictus R  
 comes Tidericus, imperatoris munere post suscepit. Genuit S  
 itaque Tidericus comes hos filios, Fredericum, Dedonem, T  
 Thimonem, Geronem, Conradum, Riddagum, et filiam U  
 Hiddam. Primus filius Fredericus, fuit praepositus maroris V  
 Magdeburgensis ecclesia, postea Monasteriensis episcopus. W  
 Secundus filius, Dedo, obtinuit marchiam Hodonis marchio X  
 us, qui haeredem non habuit, et duxit uxorem. Odam Y

Ditmarus e Lam. servus.

V Gero ante fuit filius Ditho mag marchionis. qui, &c.

Insolig.

Dedo  
 Adla  
 Dedo  
 Haring. a.  
 Conady ♂  
 Dedo  
 Oda ♂  
 Dedo ♂

Otho M. de matrem Othonis marchionis de Orlamunde, genuitq; ex ea  
 Dedonem iuniozem, qui in puericia per posterora confusus,  
 interijt, et duas filias, quarum una Adelheidis nupsit Ex-  
 nesto marchioni de Bauaria, genuitq; ei Zuppoldum max-  
 chionem: altera Annes nupsit Federico comiti, peperitq;  
 et tres filios, Adelbertum archiepiscopum, dedonem et Feide-  
 ricum Palatinos comites, et filiam nomine Odam, quam  
 Adelbertus quidam nobilis, cognominatus Seneker de Sumere-  
 chenbureg accepit uxorem, genuitq; ex ea Federicum  
 comitem Palatinum seniozem. Defuncto uero Othone  
 marchione, et matre ipsius Oda, predictus Doto mar-  
 chio, uiduam eius, Adela nomine, duxit uxorem. Hac  
 fuit nata de Brabantia, ex castello, quod dicitur Leuene, Lonarj capram.  
 erantq; fratres eius Henricus comes et Retherus. genuit  
 autem ex ea Dedonem, Henricum marchionem de Heleburg, Henric M. Lon-  
bregis.  
 et Conradum comitem qui a Paganis occisus est. Idem  
 marchio Henricus genuit ex Gertrude, qua exat de Bruns-  
 uich marchionem Henricum iuniozem. Thimo comes III.  
 duxit uxorem Idam filiam Othonis ducis de Northem, genuit ex ea Dudo,  
 genuit ex ea Yurchmannum archiepiscopum et Conradum: ntm comitem, et  
Conradum, et filia  
 illoq; defuncto accepit eam Ludouicus comes de Bauaria, nomine Mechildem,  
 pater Ludouici abbatis Mersburegensis, et Ludouici comitis quam Gero comes  
 pater Conradi prepositi. Quartus filius Gero comes duxit III. de Bauaria  
 Bertam, uiduam curustam Popponis, genuitq; ex ea tres accepit uxorem  
 filios Tidericum comitem et Wilhelmum comitem de Cantuach,  
 et Guntherum Cicensem episcopum, et filias, Kusllam abbatisam Com. de Can-  
bureg.  
 de Gerbestide, et Thieburgam prepositam de Gerrode. Huius  
 Popponis frater fuit Cuno senior de Wippera. Quintus V.  
 filius Conradus comes duxit sororem Tiderici seniozis de  
 Karbelenburg, qua Othibitidis dicebatur, peperitq; ei filiam nomi- alij, Pusdlinburg.  
 ne Bertheadam, quam Beringerus comes frater Ludouici  
 Thiburga fr. comitis seniozis de Thuringia accepit uxorem, genuitq; ei

- (Conradus) Othildis Berteada.
- (Gero Senec) Mechildis. Wicung Arb. Conardus.
- (Ludouig Sen.) Mechildis V. Ludouig. Ab. Ludouig. C. Conardus pr.
- (Poppo) Cuno de Wippera.

VI. filium Conradum, et filias quatuor, quarum unam Cuno  
 Guntherum accepit Cuno de Vurppera, quae genuit et Lu-  
 thicum. Riddagus mortuus est sine liberis. Hidda  
 nupsit duci Poëmico, et genuit Guntherum patiarcbam, <sup>Dux</sup> Hidda  
 et matrem Vurchmanni de cella. Omisfis alijs Thimo <sup>Guntherus pat</sup>  
 nis generationem prosequamur. Dedo filius Thimonis <sup>Wiemang.</sup>  
 duxit uxorem Bertam, filiam Vurperti de Geor, genuitq;  
 ex ea filiam nomine Machtildem, quae nupsit comiti Raba- <sup>Dedo</sup>  
 doni Babenbergensi, aduocato. Idem Dedo ecclesiam in hono <sup>Bertha</sup>  
 re beati Petri, apostolorum principis, instituit, quam  
 praeventus morte, feateri suo Conrado consumandam reliquit. <sup>Machtildis</sup>

Habens enim uotum uisitandi sepulchrum domini, uxorem  
 suam Bertam quam repudauerat, episcoporum consilio et  
 Dedo <sup>Uxi. 2m</sup>  
 repudiatam  
 recipit et <sup>pro-</sup>  
 solymam <sup>pro-</sup>  
 duxit. <sup>pro-</sup>  
 fundare primum coeperat, transmisit, quod usque ad praesens  
 ibidem habetur, et fidelium frequentatione honoatur.

Henricus autem iunior marchio de Heburg, Conradum <sup>Conradus</sup>  
 featerem praedicti Dedonis, orto inter eos bello captiuauit, et <sup>capitur.</sup>  
 lecto ferris in Kirchberg, multisq; malis oppressit. Post <sup>Kirchberg.</sup>  
 mortem autem Henrici captiuitate solutus, anno M. C. <sup>Henricus</sup>  
 liberalitate Imperatoris, marchiam Misnensem susce- <sup>Imp.</sup>  
 pit, cui etiam Susicensem quae orientalis nunc dicitur, idem <sup>Conradus</sup>  
 imperator postmodum concessit. Conradus itaque Misnensis <sup>Lucardis</sup>  
 et Orientalis marchio accepit uxorem Lucardem filiam <sup>Henricus</sup>  
 cuiusdam nobilissimi de Sueuia, nomine Alberti, quae peperit <sup>Otto M.</sup>  
 ex hos filios, Henricum qui in puericia obiit, Othonem <sup>Tidricus M.</sup>  
 Misnensem marchionem, Tidricum orientalem marchione, <sup>Dedo C.</sup>  
 Dedonem comitem de Rochelir, Henricum comitem de Vustin, <sup>Henricus C.</sup>  
 Federicum comitem de Brene, filias quoque genuit sex, <sup>Fridericus C.</sup>  
 quarum tres Gerbestat monachas fecit, Odam et Bertam <sup>Oda Ab.</sup>  
 abbatissam Gerbestatensem, Agnetem Cuidelingenburgensem <sup>Bata Ab.</sup>  
<sup>Agnes Ab.</sup>  
<sup>Gordendis p.</sup>  
<sup>Adela R.</sup>  
<sup>Sophia C.</sup>



(Palatinus) (Gertrudis) abbatisam, quarta nupsit Palatino Rbeni Gertrudis, qua uxo defuncto christum heredem faciens, ecclesiam in honore beati Theodori Bauenberg construxit, ibiq; moni Brunberg alibus deo famulantibus se socians, in sancta conuersatione uitam finiuit. Quinta Adela copulatur regi Danoru Suenoni, qui genuit ex ea Lucaudem, quam duxit Bertholdus marchio de Bauaria, qui, cum genuissent Popponem Bauenbergensem prepositum et Bertham Gerbestatensem abbatissam consensu episcoporum propter notam adulterij separantur. Occiso a Danis Suenone uiduam eius Albertus comes, Alberti marchionis filius duxit uxorem, genuitq; ex ea Gertrudem Vualtheri de Arnestein coniugem. Sexta Sophia nupsit Gebhardo comiti de Bauaria filio sororis Iudaei imperatoris. Conuatus igitur Marchio ecclesiam, a fratre suo inchoatam in honore beati Peter, in sereno monte a fundamentis exerit, largisq; sua proprietatis praedijs ditatam, in ius et proprietatem Romanae ecclesiae tradidit, et clerum canonicorum regularium ibi deo famulaturum instituit, quibus et ipse omnibus mundi pompis ex integro renunciatis, pauperum pauperibus, pro ueris diuitijs associatur ij. Cal. Decembris conuersus, et in ipso anno Non. Februarij defunctus, Moritur anno M. C. LVI. a Vuichmanno Magdeburgense archiepiscopo, et Vualone Hanelbergense episcopo, praesentibus filijs suis et Alberto marchione, pluribusq; liberis uiris et ministris, condigne in ecclesia beati Peter sepelitur.

Diuortium.

Conuatus

M. C. XVI.

Inditha q. Cal. Ianuarij obiit Inditha uxor Vuiperti marchionis. Vuipertus marchio, Pipariensis ecclesia fundator, cuius filia Dege comes duxerat, anno M. C. XXIII. XI. Cal. Iunij moritur, relinquens heredem Heinricum marchionem.

(Vuipertus)  
 Inditha  
 Heinricus

Conrado dñs  
Marchia.

quo sine herede mortuo, anno M. C. XXXV. 17. Cal.  
Januarij Ludovicus imperator marchiam eius, qua orien-  
talis dicitur, Conrado marchioni concessit, cui etiam Mis-  
nensem prius concesserat.

Berta comitissa, filia Bertha  
Vurperti, uxore Dedonis comitis, proprietatem suam Grotz Grotz  
dedit Dedoni, filio Conradi marchionis, quem loco filij nu-  
tulerat. Ipsa autem obiit, anno domini M. C. XLIII.  
XVII. Cal. Iunij.

Otho Misnensis marchio (Otho M.)  
duxit uxorem Helunigem filiam Alberti marchionis, (Helunig)  
de Saxonia, ex qua genuit filios Albertum et Tideri. (Albert)  
cum, et filias Adelam et Sophiam, Sophia nupsit Vrico (Vrico)  
duci Boemiae, qui genuit ex ea Agnetem Gerbestatense (Agnet)  
monacham. Mortuo autem Vrico, Sophia nupsit burg. (Sophia)  
grauro de Repensburg. Adelam duxit Odocarus, qui (Odocarus)  
postea fuit dux Boemia, qui genuit ex ea filium (Adela)  
Vrethslam, et filias tres, quarum una nupsit regi Da. (Vrethslam)  
ciae, alia Henrico comiti de Orthenberg, tertia canoni- (Henric)  
cata est in Gerinrode. Post motum autem Odocarus et (Gerinrode)  
Dinorhim. Adela propter notam consanguinitatis separati.

M. C. LXXXII.

Otho marchio Ludovicus comes Thuringia Othonem marchionem (Otho M.)  
captiuit, sed precepto Frederici imperatoris relaxatus est. O. O. O. (Ludovic)  
Lutz.

M. C. LXXXVIII.

Otho a filio Albertus filius Othonis ipsum captiuit. Imperator uero Alberti  
missis nuncijs eum absoluit, et filio reconciliauit.

M. C. LXXXIX.

Otho marchio fundauit ecclesiam Cisterhensis ordinis, (Otho M.)  
qua Cella dicitur. (Cella)

Otho marchio mortuo et in cella sepelitur. (Otho M.)  
Albertus marchio filius eius duxit uxorem filiam Frede- (Albertus)  
rici ducis Boemiae, fratris Odocari, ex qua genuit filiam (Frederic)  
!

O.

Hann. de Luedeburg. quam Hermannus de Luedeburg uxorem dedit.  
M. C. XCV.

Albertus marchio mortuus, post cuius mortem Henricus imperator Misnensem marchiam inconcessam tenuit aliquanto tempore. Mortuo uero imperatore, anno M. C. XCVII. Tidericus comes filius Othonis marchionis in transmarinis tunc constitutus, mortem eius intelligens, festinato reuersus est, et fauore eorum qui caeteris praeerant,

Hann. Imp. sibi Misniam restituit.

Marchiam occupauit, eamque postmodum donatione Philippi regis, in cuius electione consenserat, obtinuit. Hic duxit

Tidericus Misnia regit.

(Tidericus C. Iuditha) filiam Hermannus comitis provincialis de Thuringia, Iuditham nomine, genuitque ex ea filiam Helburgem, et filium Othonem, qui puer obiit, item Sophiam et Conradum filium, qui etiam puer obiit, et tertium Tidericum.

(Tidericus) Tidericus orientalis marchio duxit sororem Mezeonis ducis Poloniae Dobrenegam nomine, quae etiam Lucardis dicta est, genuitque ex ea Conradum comitem, qui in forname to lancea perforatus, mortuus anno M. C. LXXXV, et filiam Gertrudem Gerbestadensem monacham.

Dobrenega, Lucardis

Conradus Tidericus marchio obiit.  
M. C. LXXXIII.

(Dedo C. Mechthild.) Dedo comes de Rochelir duxit Machtildem filiam Gorum comitis de Hymisberg, sororem Philippi Coloniensis archiepiscopi, ex qua genuit Tidericum maiorem ecclesiae Magdeburgensis canonicum, qui postea comes de Sumerschenburg et de Quoir dictus est. Philippum Scantensem praepositum, Goruminum et Henricum, qui in iuuentute mortui sunt,

Comes de Hymisberg.

Com. de Sumerschenburg.

(Hann. C. Agnes) et Conradum marchionem, et filiam Agnetem, quae nupsit duci de Meran, et marchionem de Histerische qui etiam de Andasse dicitur, et Ekbertum Dabenbergensem episcopum, et tres filias, quarum una nupsit regi Franciae

qui genuit ex ea filios, ducem de Meran, etc.

(Mannensis dux) Agnes  
D. de Meran, M. de Andasse.  
Eobrecht E.

filii  
O.  
O.  
O.

Philippo rege Ungariae, tertia Henrico duci Slesiae,  
et Poloniae.

M. C. LXXVIII.

Dedo comes fundavit ecclesiam Gilleensem post mortem  
Tiderici marchionis. Dedo redemit marchiam orientalem  
a Frederico imperatore, pro quatuor millibus maris.  
Dedo C. vidit mit marchiam orientalem.

M. C. XC.

Dedo orientalis marchio obiit. Tidericus eius filius  
duxit Machtildem filiam Ludovici comitis de Thuringia,  
genuitq; ex ea filiam Agnetem.  
Tidericus  
Machtildis  
Agnes.

M. CC. VII.

Tidericus comes obiit.  
Conradus marchio filius Dedonis, duxit Elizabeth filiam  
Meseconis ducis Poloniae, uiriuam Lublar ducis Boemiae,  
genuitq; ex ea filium, qui in pueritia obiit, et filias duas  
Machtildem, quam Albertus duxit, marchio de Brandeburg,  
et Agnetem, quam duxit Henricus Palatinus Rheni, frater  
Othonis imperatoris.  
Tidericus  
Conradus M.  
Elizabeth V.  
Machtildis  
Agnes.

M. CC. IX.

Elizabeth marchionissa obiit.  
Elizabeth  
Henricus P.  
Agnes.

M. CC. X.

Conradus marchio obiit, cuius marchiam Tidericus Misne  
marchio, filius Othonis marchionis, redemit ab Othone  
imperatore pro XV. millibus maris.  
Conradus M.  
Tidericus M.

Henricus comes de Vurtem. duxit Sophiam, filiam cuiusdam  
nobilis de Austria, genuitq; ex ea Henricum comitem,  
qui in iuventute obiit, anno M. C. LXXXVII, et Conra-  
dum, qui in pueritia obiit, et Ulricum comitem et Sophiam,  
qua nupsit Burcardo Magdeburgensi Burgravio.  
Henricus  
Conradus  
Ulricus  
Sophia  
Burcardo

Ulricus Burcardo  
Magdeburgensi

Sophia  
Burcardo  
Burg.

M. C. LXXXI.

Henricus comes senior de Vuitin obiit, cuius uirgiam  
duxit Hermannus tunc comes Palatinus Saxonia, postmo-  
dum etiam comes provincialis Thuringia, genuitq; ex  
ea Iuditham uxorem Tiderici marchionis Misnensis et  
orientalis, filij Othonis marchionis,

Ulricus comes, filius Henrici marchionis duxit filiam  
Bernhardi ducis Saxonia, ex qua genuit filium Henricu.  
Henricus.

Brensbuch  
D. Saxon.

M. CC. VI.

Ulricus comes obiit.

Fredericus comes de Brene duxit Hetuigem filiam Diopoldi  
curusdam nobilis de Boemia, qui fuit paterus Othocari ducis  
Boemia, genuitq; ex ea Othonem qui in iuuentute obiit,  
anno M. CC. III. et Fredericum comitem, et filiam So-  
phiam Curdelingeburgensem abbatissam,

Georg  
Brensbuch

M. CC. X.

Hetuigis comitissa obiit.

M. C. LXXXI.

Fredericus comes senior de Brene, obiit.

Otho comes sepultus est Brene ubi mater eius claustrum  
monialium instituit.

Brene

Eodem anno Fredericus comes iunior, duxit Iuditham,  
filiam Frederici comitis, de Cigenhagin, feateris Hermann  
comitis Thuringia, ex qua genuit filiam Hetuigem et  
filios Othonem et Tidericum.

Comes de Cigen-  
hagin.

Anno MCCXX. Iuditha comitissa et.

Explicit chronica montis sereni, anno  
domini M. CCCC. LXXVIII. in uigilia  
sanctorum Dionysij et sociorum  
eius, hora quasi secunda post  
meridie.

Hermann  
Fredericus














102



Ms. R 102



Albini,  
Chronicon  
Lauterberg.

Msc. Dresd.  
N<sup>o</sup> 102.